

IOANNIS MEVRSI
HISTORIÆ
DANICÆ
CONTINVATIO.

SIVE,
DE REGIBVS DANIE,
Qui familiam Oldenburgicam præcesserunt,
& eorum rebus gestis, à Canuto VI, in quo Saxo
desinit, usque ad Christianum I,

LIBRI QVINQUE POSTERIORES.



AMSTELODAMI,
Apud GVLIELMV & IOANNEM BLAEV,
cico Ic c xxxviii.

A D O R A C I O N

M I M A O S P R E V A I

DE HABER UNA VIDA DE HONRA Y DE

CONSEGUIR UNA MUERTE DE GLORIA

EN EL DIA DE LA RESURRECCION

ESTE DIA SE DEDICA A LA MISERICORDIA

Y A LA MISERICORDIA DE DIOS

Serenissimo, & Celsissimo.

PRINCIPI, AC DOMINO,
CHRISTIANO,
ELECTO DANIAE, NORVEGIÆ,
GOTHORVM, ET VANDALORVM,
PRINCIPI;
DVCI SLESVICI, HOLSATIÆ,
STORMARIAE, ET DITHMARSIAE,
COMITI OLDENBURGI, ET DELMENHORSTI,

Principi, ac Domino, clementissimo.

DE Historiæ dignitate , & utilitate , SERENISSIME , AC CELSISSIME , PRINCEPS , verba in præfens multa facere , non est opus ; cum id hactenus abundè plurimi doctorum fecerint , & ab omni adeo ævo , apud summos quoque reges , principesque , maxima illius semper fuerit existimatio : bonos dico , qui virtutes , quas amabant , etiam in aliis legere magnæ voluptati habebant . De quam plurimis , paucos dicam , & posterioris ævi : quorum nomina , & exempla , illo tuo fastigio digna , recenseri non gravaberis . Fridericus Imperator , nominis istius primus , ut Historiam Otho Frisingensis scriberet , adjumenta , undecunque conquisita , sedulo suppeditabat . Sigismundus , uti in Latinam linguam Arrianus verteretur , imperabat . Maximilianus I magni Cuspinianum fecit ; ac Germanicarum rerum undique collectis Chronicis , unum quoddam ex his corpus , integrumque , viris aliquot eruditis componendum demandare constituerat : ac , propositum quamvis ipsi non successerit , sive , quia aliae Imperii curæ intercederent , sive , quia vix idoneos ad rem tantam inveniret , tamen æquum est , tam præclaram voluntatem minimè posteritati ignorari . Ferdinandus , itidem I , proprios Historiæ scriptores habuit , Langum , & Lazio : ejusque filius , Maximilianus II , Ioannem Sambucum . Galliæ rex , Henricus IV , jure Magni cognomento , ob gesta-

A a 2

rum



E P I S T O L A

rum rerum gloriam, appellandus, libros Iulii Cæsaris de bello Gallico, etiamnum adolescens, in vernaculam linguam transtulit: &, virilem jam ætatem consequutus, postquam res gessisset maximas, pace regno constitutâ, Iulii Cæsaris exemplo, etiam scribere eas cœpit. verū opus præclarissimum ut absolveret, minimè negotia regni, morsque à sicario accelerata, permisere. porrò & Petro Mathæo istud muneric injunxit: quem, hærentem in incertis, ipse instruere aliquoties neutiquam gravatus fuit. Senatus Venetus, Petro Bembo, viro genere patritio, dignitate Cardinali, Reip. suæ Historiam literarum monumentis consignandam commendavit: & Sabellicum ad hoc ipsum quoque munus, constituto trecentorum aureorum ad id stipendio, illud temporis amplissimo, invitavit. Quanquam quid externa ista attinet commemorare, postquam SERENISSIMÆ TVÆ CELSITVDINI & domestica sint exempla. Absalon Vidus, non is quidem inter reges, sed auctoritate regiâ, & duorum Daniæ regum, Valdemari nempe primi, ac Canuti, nominis illius sexti, ejus filii, instar quoddam, versâ in cænobium Sorâ, suo pago, novis monachis, à se ibi constitutis, legem dixit, ut, quod anno quolibet memoriâ posteritatis dignum in Daniâ gereretur, scriptis proderent: atque, illis negligentibus, mox Saxoni, præposito Roschilidiensi, id præcepit. qui deinde munus istud, uti bona certè fide, sic cum magnâ nominis sui gloriâ est exequutus. posteaque, inter ipsos etiam reges, Ericus x, sicut regno, ita Opere historico, quod nunc exstat, nomen sibi immortale comparavit. Hunc sequutus, quanquam aliquo intervallo, Christianus ii, etiam cum exul esset, Petrum Parvum, Rosefontanum, equestri dignitate virum, sibi adscivit, ut Latinè Historiam suarum rerum concinnaret. Avus tuus, Fridericus ii, Ioannem Suaningum, & Andream Vellejum, munus id suscipere jussit. Pater tuus, atque regni universi, qui nunc summâ pietate, æquitate, sapientiâ, Daniam regit, utque porrò diutissimè etiam regat, subditorum omnium votum est, Nicolaum Cragium, Ionam Venusinum, Claudium Lyschandrum, Ioannem Isacium Pontanum, viros doctos, & nonnullos item horum famâ claros, scribere Historiam jussit: ac me denique, post egregia regni sui tot ingenia, ut hanc operam navarem, ex Hollandiâ clementissimè evocavit. Est nimurum à naturâ comparatum, & agnatum maximis quibusque animis, ut, quemadmodum virtutem summo sibi studio collendam putant, sic hoc ipsum à posteritate quoque sciri cupiant. Evidem sola sibi virtus satis pretii est: verū animus, uti quidem, quatenus rectus, atque simplex, nihil querit, quam virtutem; ita, quatenus magnus est, & generosus, etiam gloriam. Ac præclarè sanè Tacitus: *Cætera principibus statim adesse; unum insatiabiliter parandum,*
prosperam

D E D I C A T O R I A.

prosperam sui memoriam : nam, contemtu famæ, contemni virtutes. Itaque sunt hæc, ut dixi, optimis decora regibus, atque propria: malis, contrà usi venit; qui optarent, neque post se scribi quicquam, &, quæ ante se sunt scripta, aboleri. prius illud, ne posteritati vitia unquam sua innotescant; ac posterius, quia, vel in aliis agnoscere ea, motu animi interno, erubescunt: condemnante conscientiâ, quos potentia magnitudo pœnæ eripit. Sic Tiberius Cremutium Cordum, quia in Annalibus suis Bruti laudes prædicasset, ultimumque Romanorum appellasset Cajum Cassium, mori jubet, atque libros concremari. Caligula, infestus Livio, parum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis scripta ejus amoveret. Domitianus, Hermogenem Tar-sensem, propter quædam obliquè in Historiâ dicta, interfecit: ac librarios, qui descripserant, cruci fixit. Iunium Rusticum, quod Pæti Thraseæ, & Helvidii Prisci laudes edidisset, ac sanctissimos item viros appellasset, pariter è medio sustulit. Neque aliter ferè solent principes mali: qui, cùm oderint virtutem, sublatam quoque è memoriâ hominum vellent, & eandem literarum monumentis consecratam oculo iniquo legunt; metuuntque & suorum, si tradantur, vitiorum apud posteros infamiam. Itaque Domitianus, quem jam dixi, nullam Historiæ operam dabat: &, præter Tiberii acta, suis moribus consentanea, nil legebat. Sed profectò vehementer illi errant, qui grassantur in Historicos: ac potentiâ temporaneâ se extinguere memoriam ævi posse insequentis arbitrantur. nam ingeniis punitis crescit honos, & auctoritas: qui que hâc sævitiâ usi, sibi dedecus, illis gloriam pepererunt. Hanc ob causam & Caligula, cuius paulo antem memini, adhuc bonus, ac priusquam in fædissima quæque vitia præceps iret, Cremutii Cordi, atque aliorum, scripta, sub Tiberio damnata, quæri sivit; atque legi, à volentibus quibuscumque: maximè suâ interesse istud dicens, ut memoriæ posteriorum facta quæque tra-derentur. Est autem præcipuum Historiæ munus, ne virtutes, neve pravè dicta, aut facta, taceantur: efficitque id apud principes, ut, bonorum laude accensi, ipsi quoque tales se præstare studeant; aut, posteritatis metu, mali esse minus ausint. Quam ob rem Historiam amârunt semper, qui virtuti, gloriæque, pretium suum posuerunt. Ethæc tibi etiam, PRINCEPS SERENISSIME, AC CELSISSIME, est sententia: atque, ut virtutem amas, & laudati apud posteros regni gloriam, partim insitâ à naturâ bonitate, partim etiam exemplo Patris tui augustissimi, sic Historiam. idque palam ostendisti, postquam primùm huc venissem. etenim, cùm in hanc nostram Academiam excurrissem, & in auditorium venire ultrò, & audire Tacitum me juventuti nobilissimæ explicantem, voluisti. Quod ut summo meritò honori duxi, ita clementissimè propensi in me etiam privatim

E P I S T . D E D I C A T .

animi testimonium esse credidi : ac fortunam maximè diei ejus mihi
gratulatus fui. In quo , PRINCEPS SERENISSIME , AC CEL-
SIS SIME , finem facio : atque Deo Opt. Max. votum nuncupo ,
uti SERENISSIMÆ TVÆ CELSITUDINI longam vitam , pro-
sperumque , ac laudatum , cùm sic illi aliquando visum fuerit , regnum
donet : cui te rex Serenissimus , pater tuus , & senatus , à viginti octo
annis destinârunt : tum in folio quoque tuo successorem , ex te na-
tum , largiatur . Soræ Danorum , ad diem VII Decembris CCIC
XXXVI.

Serenissimæ Celsitudini tuæ

humillimè devotus ,

IOANNES MEVRSIUS.

I O A N N I S M E V R S I

H I S T O R I A E

D A N I C A E,

Regum post Valdemarum I, in quo Saxo definit,
gesta complectentis,

L I B E R I.

In quo res Canuti VI, & Valdemari II.

MORTUO Valdemaro I, ceres impetum faciunt. Ex his Tordo, & regnum accepit filius Esbernus, vix elapsi: arcibus suis direptis, Canutus VI, iam ante & injecto igne exustis. alii, exemplo horum terrefacti, aut depositis apud amicos & publicè parentis curà Ringstadii initiatus, anno c. 1070: cùm quoque fugâ sibi consulendum existimârunt. Factionis verò principes, quando frustra novas res moliri sese sine duce comperissent, Haraldum Screngium, regii quidem sanguinis virum, verùm neque animo, nec manu, promptum, neque viribus pollentem, apud Suecos exulantem, sibi regem elegerunt. qui, subnixus armis Caroli, regis Sueciæ, ejusque satrapæ Birgeri, cùm in Scaniam advenisset, auctis magno populi concursu copiis, Lundiam, archiepiscopi sedem, ac provinciæ metropolim, statim obsedit. Animi pendebant cives, utram partem sequerentur: tandem statuunt, sustinere paullulum obsidionem, & eventum exspectare, inde sese ad victorem recepturi. Quæ dum fiunt, equites quidam, regi simul, & antistiti, fidem suam approbare cupientes, congregati, postquam castra ad amnem Lummam posuissent, nullo duce, nullo ordine, mutuo hortatu sese impellentes, magno hostem impetu adoriantur, dissipantque: quamquam Coro adeò sanè vehementer adversante, uti scuta etiam excuterentur. posset, in principio repressurus. Erat vir, idque conspicati obfessi, portis oppidi quemadmodum religione ordinis sui venientia, magnâ eorum strage editâ, granitius laude clarus: sed, placare perduelles apertis erumpentes, acriterque fugientes nerandus, sic facundiâ excellens, ac militiæ laude clarus: sed, placare perduelles infecuti, magnâ eorum strage editâ, granitius accensis animis, in addictos regi proximis, in commune exitium nobilitatis

C A N V T V S VI.

A 4

litatis conspiravit : ejus cæde probrum suum exstinctura. ac periculum sanè erat; ni consilium istud Absalon , copias è Sialandia secum auxiliares ducens, perturbasset. etenim is , in concionem advocatis, postquam signa ad terrorem quædam circumposuisset , blandà oratione suasit ; & Haraldum , qui ad Suecos jam refugerat, destituere, & rebellionem omittere. Non mutire quisquam audebat ; atque adeò ipsi factionis principes , conscientiâ in facinoris pudorem , & metum, acti, ut late- rent, turbæ sese immiscebant. Sic composito tumultu , in Sialandiam alegat fratrem Esbernum , qui rem omnem regi nuntiet. is jam, arma è propinquo ostensurus , è Fioniâ cum exercitu trajecerat ; &, Esbernum obvium habens , cùm rem gestam accepisset, illicò iu Sciam dicit: ejusque primam partem Frostam flammâ pariter , ac ferro , devastare constitue- rat ; nisi, suasu Absalonis , à proposito de- stitisset: ære mulctare contentus , quos exuere vitâ , & bonis , potuisset : simul etiam, famæ interesse ratus, ne à sanguine regnum suum ordiretur. & Haraldus, qui ad regnum alienum turpiter per factio- nem aspirare ausus fuerat , homo cætera ignavus, paullò pòst obscurâ morte vitam finiit , stolidâ ambitione ad posteritatem notus. Vix redactâ in potestatem suam Scaniâ, rex Canutus literis Cæsar, Friderici Barbarossæ , evocatur , ut Vandaliæ principatum beneficio suo acciperet. sed, retentus monitu prudentiorum, qui, quâ id damnosum patri Valdemaro exstitisset, suggerebant, se modestè excusabat ; nec dum regnum , quod jam nuper adiisset , benè constitutum esse : ac , si abeat , turbas multas , per absentiam orituras , providere. Cæsar ve- rò, ubi se contemni videt , ad epistolam minas addit ; nisi veniat , Daniam se in alterius potestatem traditurum. ad quæ rex ; quod alteri donare velit , sibi prius vindicandum. Cæsar, hoc responso offensus, Sigefridum, Thuringiæ Landgravium , fororium ejus, eadem aëtum mittit ; arbitratus , facile se effecturum per legatum , ex necessitu- dine carum , quod per literas hactenus non potuisset. Itaque is in Daniam cùm advenisset , blandè cùm Canuto agere ; & affinitatem primo memorare , quâ adductus

hanc molestam adeò legationem suscepisset : ne que facturum fuisse , nisi illam è re sua existi- masset. reputaret vires Cæsar ; & benignita- tem ejus experiri potius , quam arma , vellet. tum seorsim Absalonem , & Esbernum, ac Su- nonem , primi omnes apud regem suum loci , compellare ; & hortari , fidem , quâ Canuto obstricti tenerentur , nunc probarent : ac suaderent , uti Cæsar amicitiam , atque pacem , quâ offendam , ac bellum , mallet. meminissent , se tutores filio à Valdemaro , regno curatores da- tos ; itaque , quod in rem utriusque foret , nunc consulerent : item vires , quas irato jure Cæsari , & mox arma illaturo , opponere queant , repu- tarent. Ad quæ Absalon ; perlitter regi , & regno , profutura consulturos : verū non- dum se tenere , cur Vandaliæ principatum bene- ficio Cæsar acceptum ferre velle debeat : neu , quid ea in re situm , comprehendere. etiamnum animis suis obversari , quem hinc fructum pater regis Valdemarus retulisset. scire Cæsarem de- bere ; quod jus ipse in Imperio vindicaret , id Canuto in Daniâ esse. nec quid opus , sua qua- sint , nulla cum necessitate , juris alieni facere. Hic commoto vehementer Sigefrido , graviaque comminante ; an tu , responde- re Absalon , Daniam , Thuringiamq; , pari esse jure censes ? & incurrere in hanc item , ut in istam , Cæsarem posse ? si tentaverit , viros nos experietur. quare abi , & renuntia ; regem nostrum Imperatori nil debere. Ne nil tamen Friderico datum esse videretur , placuit seponi causam , in conventum utriusque. Habebat quoque in mandatis , ut Christi- nam, Canuti fororem, Cunrado, Friderici filio, Sueviæ duci , desponsatam , cum di- midiâ dotis dictæ parte abduceret. Ete- nim convenerant sic inter se , anno CIC CLXXX, Valdemarus , & Fridericus , ut filiam Christinam , tunc septennem , dux Cunradus, Cæsar filius , cùm matura vi- ro foret , matrimonio sibi jungeret , & ac- ciperet in dotem argenti libras octies mille ; ipsa autem in Germaniam , cum di- midiâ dotis nominatæ parte , mitteretur : apud Cæsar fororem , donec ad aëtatem nubilem adolesceret , educanda. quam cùm consequata foret , quod ex dote reli- quum esset , nuptiarum tempore exsolve- retur. itaque , quo hâc in parte satisficeret , visum fuit concedendum ; ut Christina , in futurum cum Cunrado matrimonium ,

juxta

juxta pactum, abduceretur. Quanquam verò, si Canutus Imperatoris in Vandaliā beneficium agnoscere non detractasset, quod illæsā in regno Danico majestate certè poterat; hodieque in Holsatiā, & Stormariā, ac Dithmarsiā, reges nostri non recusant, sine dubio ampliorem in Vandaliā dominatum successores tenuissent, & pacatius ipse regnum habuisset. sed hoc ferè regum, principumque ingenium est, ut amittere principatum, quām habere alteri obnoxium, malint. Cæsar, adeò non placatus, ob concessam in Cunradi filii sui matrimonium Christinam, & exhibitam dotis partem, quām repulsā alia offensus graviter, odio tamen potius, quām bello, eum persequendum existimabat; dum, oborto, quod sperabat, motu aliquo domestico, ulciscendi occasio esset. quippe, regno in firmā pace constituto, minus facilem oppugnatū; sed negotio non tam magno factione intestinā laborantem invadi posse. Nec multo post Bugislaum, mortuo fratri Casimiro in Pomeraniā succedentem, multiplicibus promissis ad bellum inferendum impellit. Atque ille, regem quidem, cui imparem se sciret, minimè tentare ausus, Iarimiro, Rugiæ principi, avunculo suo, regni Dani clienti, quia pridem Pomeraniā infestantem adjuvisset, bellum infert. Cujus rei cùm Canutum evestigio certiorem Iarimarus reddidisset, is ablegat sine morā, qui inquirant, quānam belli in Iarimaru causa esset. tum decernit, ut uterque suos ad comitia legatos mittat, inter quos res componatur: moxque ad Samsoam insulam convenitur. sed, cùm nil proficeretur, Bugislai oratores sic discedunt, ut promitterent, ubiunque demum regi visum foret, ipsum ad futurum esse. Quæ dum fiunt, viri in Daniam militares, rege pridem Valdemaro crebris expeditionibus occupati, pacem graviter ferentes, cum per otium se corrumpi, ac virtutem enervari, quererentur, ne vis illa mascula ignaviā detereretur, placuit piraticam in Ethones illis indulgere; nationem infidem, quæque mare infestum planè excursionibus suis faceret. nec iniquum videbatur, suis eam artibus petere: & reponere, quod inferret. Inter ista Bugislaus, non

ignorans Friderici Imperatoris voluntatem, classe navium quingentarum combatit, mox in Rugiam, Danię subjectam, dicit; Cæsarique nuntium mittit, qui de expeditione, naviumque multitidine, certiorem eum faceret. sed consilium non successit; &, exscendere cupientem, Iarimarus, militum objectā manu, suo littore prohibuit. quin & Dani, illicò parata classe, sub ductore Absalone, nimia virtutum fiduciā negligentius agentem, non longè à Strelā insulā, invadentes, profigārunt: adeoque de tot navibus vix triginta quinque elapsæ. decem & octo, perierunt: quadringentæ quadraginta septem captæ, in Absalonis potestatem pervenere. Ac profectò magna hæc victoria fuit; nec post eam Vandali Daniam infestare unquam ausi. Victor Absalon, ablegat ad Bugislaum, qui in speciem accusarent de perfidiā, & societate ruptā; sed reverā, quidnam animi post hanc cladem victo hosti supereret, explorarent. & ille quidem, callidus dissimulandi, quasi nihil passus esset, nullum omnino ejus sensum præ se ferre; gratiasque Absaloni, qui peccati admoneret, magnas agere: ac, deinceps amicitiam se culturum, polliceri. verū populus, qui quamplurimos è carissimis amicorum perdidisset, summo in luctu versabatur: sic ut voces, & lamenta, suos passim requirentium, audirentur. Porro Absalon, hanc victoriam consequutus, nuntium ejus regi mittit; & tentorium Bugislai, magnæ prædæ argumentum. Rex Viburgi tunc agebat; ac, vocatā optimatum concione, rei gestæ ordinem exponi jubet. Auctor quoque erat Absalon, ut nova expeditio, antequām se recolligere hostis posset, illicò decerneretur: nec displicuit consilium. quā de causā alia patratur classis; quā subnixus, cætera persequeretur. isque, accepto hoc auxilio, in Valogastenses dicit; qui, futurum providentes, Panim flumen, grandibus injectis faxis, jam obstruxerant, ne id navigari posset. verū Absalon, animi virtute invictā, ut exemplo ipse suos excitaret, a quam ingressus, magno nisu eductis faxis, viam navibus patefecit. sed, ad urbem prout, pius cùm ventum esset, inter septam palis fossam, mœnibusque oppugnare cupientes prohiberi,

CIC C
LXXXVI.

prohiberi, deprehensum. nec hīc militum attribueret: eā lege, ut uterque ditionem ardor stetit; & qui saxa jam removerant, adjudicatam ejus beneficio se possidere neque palos sibi obstare patiendum existimabant: itaque desilientes, pugnam in numero viginti quatuor: inter quos & aquis incepere. acriter repugnabat hostis; Burevini ipsius filium. Atque hæc secundum jaculisque oppugnantes, quanquam instanti animosè Absalone, atque suos impellente, submovebat. Quā de causa, reges Daniæ se licta obsidione Dani, terram populari aggredi, ponte facto, quanquam validè infestantibus oppidanis, mox trajiciunt; & ingentem, cæsis civibus, in tentoria invadentibus, stragem edunt. Quorum casum magnam receperunt, annitendum sibi ubi Osnenses audire, ignem in suburbia sua, ne ex his oppugnarentur, injecere. primo quoque tempore, ne, si moram inde in Iulinum versi, illud, sub Esberno duce, Absalonis fratre, capiunt: &, his gestis, mox in Daniam revertuntur. ubi

CIC C
LXXXVII.

hieme exactā, novam expeditionem in Vandalos orientales animo Canutus agitans, duodecim Rugianorum millia, quod locorum gnari essent, sibi adsciscit. ac, provinciam Tribusanam populatus, cùm se ad Circipanenses convertisset, urbem Lubuinam petit; verū, eā mox relictā, arma in Deminum vertit: tam securis hostium civibus, ut convivia, ac choreas, velut in tranquillā pace, agitarent. itaque, fiduciam populi admiratus, & consideratā item oppidi munitione, cùm se parem obfisioni non putaret, maximam abducens

CIC C
LXXXVIII.

prædam, classem repetit; recipitque se in portum, non longè à Pani amne. ubi diu tempestate divexus, penè jam defi- tanti indulget, & in Daniam regreditur. unde rediens vere proximo, & in amnem Zuenum ducens, urbem Grotzuinam vexat, ac provinciam populatur; sed, cùm præda non sufficeret, porrò in Pomera- niam tendens, cuncta vastat, diripitque, continentibus se ubique intrā moenia op- pidanis, & opima inde spolia domum refert. Per quod tempus cùm inter se fratres duo patruelles, Burevinus, & Niclotus, de ducatu Megapolitano graviter dissiderent, rex Canutus, qui in potestate suā Burevinum jam teneret, captum pri- dem à Iarimaro, ac sibi traditum, arbiter factus, sic diremit contendentes, ut Rostochium Nicloto, cum ditione Kissinorum, Burevino verò Ilviam, & Megapolin,

fateretur: & in hanc rem daret obsides, Vandolorum quoque reges inter titulos suos scribant; primam antè, ex Canuto Obotritorum rege, nacti, sub Lothario II Imperatore. Factā autem hāc conciliacione, rex, qui jam Vandaliæ partem satis magnam receperunt, annitendum sibi duxit, uti cæteram, quam tenebat Burevinus, item in potestatem cogeret, idque primo quoque tempore, ne, si moram longiorem interponeret, eā Vandali adfirmandas vires suas uterentur. Itaque, Deminum oppidum cùm obsidione cingere statuisset, dissidentibus Rugianis, quorum duodena millia ad hoc bellum evocaverat, id consilium mutavit: atque, in Vandaliam interiorum ductis copiis, plurimos vicorum exussit, plures etiam diripuit: hostibus se in paludes metu absentibus, nec occurrere usquam ausis. Post quæ, copias in hiberna reducturus, ubi portum, Peno flumini vicinum, petiisset, ac tempestas retineret, legati à Bugislao pacem petunt: quam daturum se negavit, nisi ille sese dederet, atque imperata faciat. Inde, ventum commodum nactus, cùm in Daniam trajecisset, viribus mox portum, non longè à Pani amne. ubi diu instauratis, primo vere in Vandaliam reversus, ad Iulinum urbem appellit: &, in ciente commeatu, Bugislao inducias pe- ratus, magnis inde itineribus in Caminum, quod præsidio Bugislai tenebatur, copias prædictis aliquantum prævenere. quos cum paucos conspexisset Bugislaus, maxime indignum ratus, se ab istis obfideri, statim oppido erumpit. Dani autem, de consilio Esperni, uti hostem, acriter valde incumbentem, paullo longius abducerent, sensim pedem referebant. sed, infideliis animadversis, cùm receptui signum daret Bugislaus, animosè in ipsum versi, magno impetu irruerunt: adeò ut, cæsis multis, equo

equo effusus, vix in urbem elaberetur. Inter haec Canutus adebat; qui, perculso ista clade Bugislae, opportunum capiendae urbis tempus arbitratus, totis viribus oppugnare eam incipit. quare magis consternatus Bugislaus, Absalonem, & Iarimatum, ad se evocat; ac, de pace colloquitus, cum se quoque arbitrio horum permisisset, ad Canutum mox adductus, supplex petit, ut discederet ab armis: atque, si id facere vellet, etiam pecuniam offert. sed Canutus, postquam prius memorasset, qui labores avo, patri, inde sibi, à Vandaliis objecti essent, pacem se daturum negat, antequam illi Daniæ se subjecissent. atque id multo jure fieri; quippe haud videri fore, ut, qui toties bello Danos lacescissent, unquam sanè conquescerent, nisi aut subjugassent Danos, aut Danorum in potestatem victi ipsi pervenissent. itaque unum hoc restare, ut se Daniæ Bugislaus nunc subjiciat; ac deinceps principatum, quique illum secuturi, Daniæ beneficio teneat: tum promittat & tributum, atque naves, bello operam navaturas, quot à Rugianis dari consuevissent: alia lege nunquam pacem habiturum. Bugislaus, qui res suas eò loci adductas esse animadverteret, ut accipere qualibet conditiones à viatore cogeretur, suis hæc se relaturum pollicetur. à quibus postridie in castra rediens, cum uxore, liberisque, ad Canuti regis pedes provolutus, veniam rebellionis, & Vandaliæ principatum beneficii loco, petit, obtinetque: constanti inde in regem fide, usque ad supremum diem. moriensque, etiam consiliarios jurando obstringit, ut uxorem, liberosque, mox in Daniam auctoros, in Canuti, suam cuique principatus portionem divisi, fidem traderent. Inter ista, Fridericus Imperator aliâ legatione Canutum invitat ad sororis sue nuptias; simul postulans, ut reliquam dotis partem, juxta pactum, secum ferret. verum ille, qui, praetextu nuptiarum, insidias sibi ponere sciret, extra regnum progressurum se negabat. quippe animo reputare, aliquos priorum regum, in Germaniam profectos, non exiguum libertatis detrimentum passos esse. atque id Canuto v, ac Suenoni item IIII, Martisburgi; tum & Valdemaro i, patri suo, in comitiis Metensibus, evenisse. quod ad nuptias attineret, nullo modo eas impeditas velle; reliquam dotem, quam exigeret Frideri-

cus, ante celebratas nuptias exhibere, non teneri CIO C jure ullo, neque more. qua de causa, sive con- LXXXVIII. summare eas, sive etiam dirimere, animum inducat, nihil planè pensi habere. Hoc responso, indignatus Imperator, sponsam rejicit, ac redire ad Canutum fratrem jubet: & in ejus quoque gratiam mox Landgravius Thuringiæ, Sigefridus, alteram sororem, Ingardim, pridem ductam, domo expellit. quare injuria, ambæ, capto rerum humanarum tædio, monasterium ingressæ, quod B. Virgini sacratum erat, in Roschil-diensis urbe, vitam porrò solitariam exegere. ac Canutus, iræ plenus, odio in Fridericum, & Sigefridum, nulli Germanorum æquus, quilibet occasione, omnes graviter infestabat. Fratrem verò Valdemartum, equitem Roschildiæ renuntiatum, mox Slesuici ducem creat. Erat verò tunc ducatus Slesuicensis ea ratio; ut, cum maximus filiorum regis Daniæ patri suo successurus procerum suffragiis designaretur, proximus natu hunc acciperet: ac, si forte sine prole is decederet, hinc ad regnum capessendū vocaretur. postea, deficiente stirpe regiæ, beneficium esse cœpit. Vere proximo, Clemens III, pontifex maximus, postquam animum induisset, universos orbis Christiani principes ad sumenda contra Saracenos arma excitare, sub auspiciis Friderici; ne is sibi à Canuto, adeò graviter offendit, mali quicquam per absentiam metueret, per legatos & conciliat dissidium, & Canutum, ut juvare pium bellum item vellet, adhortatur. isque, licet regno exire non consultum existimaret, tamen classem suam addit; in hæc expeditione, juxta Flandros, Frisiosque, qui & ipsi naves dedebant, claram operæ. Inter hæc, Dithmarsi turbant; ac, tributo graviore, quam exsolvere possent, pressi, à Bremensium episcopo, cui suberant, Hartvico II, cum negarent, etiam armis impetiti, in episcopi Slesuicensis, Valdemari, ac per illum regis Daniæ, clientelam se se tradunt; nil referre dictantes, sive S. Petrum colebant, Slesuensem, seu Bremenensem: cum ecclesiæ utriusque patrocinium is teneret. utque fidem Valdemaro approbarent, obfides è suis exhibent: ac deinde per triginta septem annos in obsequio perman- fere.

ccc xc. sere. Novus quoque in Vandaliā motus fuit, inter Boguslai ducis consanguineos, de tutelā liberorum, quam Canuto ipse vitā excessurus commendaverat. ille itaque, ut principia coēceret, classem in Vandaliam mittit; ac, compressis mox auctoribus, dat tutelam Iarimaro, Rugiæ principi: inde copias reducit. Anno proximo, arma in Finlandos movet; qui, cū se cum Norvagis conjunxissent, regnum Daniæ prædabundi infestabant: &, commisso uno prælio, nullo penè sanguine suo- rum vīctor, fugiente statim hoste, nec im- pressionem primam sustinente, mox Finlandiam universam suam in potestatem redigit. Inde in Vandaliā tendit; atque eam, odio Cæsarī, flammā, & ferro, latè vastat, diripitque. quā re motus Valdemarus, Canuti regis amitus, alienum in ipsū animū, callidē hactenus occultatum, palam facit: ac contendit, sibi quoque in regnum jus æquale esse. etenim, sicut Canutus patrem Valdemarum habet, ita se Canuto natum, qui Roschildiæ imperfectus. Incitare episcopi Norvagienses, & auxilia polliceri. idem factum ab Adolpho, Holsatiæ comite; arbitrato, gratam hanc futuram operam Friderico Imperatori: qui Canuto, ob negatam obedientiam, ac Vandaliā divexatam, admodum infestus esset. utque vires, alias Canuto impar, justas sibi compararet, fœdus init cum Othonē Brandenburgico, & Bernardo item Saxone, ejus fratre. ad hoc & Hartvicum addit, archiepiscopum Bremensem, & Simonem Teckenburgi- cum; insuper Bernardum Velpium, ac Mauritium Oldenburgicum: qui & vires, & consilia, sociarent. hos stipendio ipse suo, atque commeatu, aluit: universis admirantibus, unde opes, tanto oneri pares, essent. nec contentus, in Norvagiam, ad Haquinum regem, abit: à quo, & episcopis regni, cum triginta quinque naves impetrasset, ocyus in Daniam dicit, & usurpat nomen regium. ita enim foederatis vi- sum fuerat, ut maritimum Valdemarus bellum gereret, at Adolphus, sociique, terrā regem in Holsatiā, apud Eidoram illic flumen, ad certamen provocarent. atque isthoc agitatum. sed rex prudens, qui, cunctando vires hostium communu- ere, potius existimabat, intrà vallum se tenebat, neque unquam pugnæ copiam faciebat: provocante interim per literas subinde Adolpho, castoremque per ludi- brium appellante; quod in mari classem suam circumduceret, nec in terram us- quam excenderet. Nec multo post Val- demarus, seu consilii pertæsus, seu im- ximo, arma in Finlandos movet; qui, cū pensæ ultra impar, militem auxiliarem, & se cum Norvagis conjunxissent, regnum Brandenburgicum, dimittit. sed Adolphus, cui animus ex cunctatione regis, ceu is me- tu quodam ignavo pugnæ aleam detrecta- tet, augebatur, ut virtutem ipse suam ostentaret, flumen Eidoram transgressus, omnia Slevico circumjecta loca, quæ ad regem pertinerent, populari, ausu mox exitio. Etenim, dum isthoc agit, callidè quidam Valdemarum adeuntes, à pro- fito abducunt, admonentque; agere pru- denter vellet, & temeritatem omitteret. maxi- mas Canuti vires, in concordibus provinciis regni esse, neque facile vinci posse: nec sena- tum assensurum; uti, regno distributo, pars in alium, quanquam regii generis virum, transfe- ratur. tum & istud reputaret, indecorè sceptrā, & sacra, permisceri. itaque captaret pacem, nec incertum belli finem exspectaret. Quorum verbis persuaderi sibi passus, animum ad pacem applicat. sed, dum id incautè agit, ac sine ullo commeatu regem accedit, rei componendæ gratiâ, captus, Norburgum abducitur, Alsiæ arcem: ubi postquam annos quinque exegisset, in Selandiam traductus, arci Sæburgensi includitur, & in eâ annos novem detinetur: illustri exemplo alios docens, temerariae audacię, & incepti fine justâ causâ belli, finem ferè infaustum esse. Fœderati, qui captivum Valdemarum ignorarent, eum navibus mare Balticum occupasse arbitrati, cum exercitu in Holsatiā penetrantes, aciem Canuti adversam juxta Eidoram exspectabant. verū, illo pugnam subterfugiente, ac cunctando debellare hostem certo, Bran- deburgicus, & Saxo, mox dilapsi, suam quisque domum repetunt. quo comperto, in Adolphum rex conversus, non dunta- sat Slevicensi territorio eum expellit, ve- rū etiam in Holsatiā persequitur: atque, prædâ inde abductâ luculentâ, huc compellit, ut rebellionis culpam felbris argenti mille quadringentis, ac Dithmar- ficiā

sicā ditione universā , luere necesse habe-
ret. atque ita, constitutā demum pace , in
Daniam Canutus redit. Nec multo post
Philippus Augustus , rex Gallorum , per
legatos fororem ejus , Ingeburgam , uxo-
rem petit , impetratque ; quater mille se-
librarum argenti puri dote dictā. ac Phi-
lippus hoc conjugium petiisse ferebatur,
ut se, regni Daniæ ope , tutiorem contra
regem Angliæ Richardum faceret : quip-
pe gnarus , inter Daniam , Angliamque ,
ob imperium ejus insulæ interceptum ;
odia antiqua quædam agitari. Ingeburga ,
cūm in Galliam ad Philippum pervenisset ,
uno die nupta illi , ac regina itidem renun-
tiata , paulo post repudiatur : & in mona-
sterio primū , quod concesserat suā spon-
te , inde post extracta Stampis , hinc Vice-
nis , annis circiter viginti , asservatur. Qui-
dam hoc repudium biennio post factum
tradunt : sed Rigordus , qui Philippo coæ-
taneus , & ipsius , filiique Ludovici , histo-
ricus fuit , jure mihi hīc sequendus. Ac
repudii quidem causam , rex maritus præ-
texebat sanguinis propinquitatē , cūm à
rege Hungariæ Belà , qui fororem ejus
duxerat , tum ab Isabellâ Flandricâ , pri-
mâ uxore : ideoque non constare matri-
monium illud posse. alii , causas tradunt
alias : sed ineptas , neque dignas memo-
ratu. At Canutus , minimè ferens contu-
meliam , Romam allegat Andream Su-
nonis , cancellarium , & abbatem Ebelhol-
ti , Gulielmum , qui de eā apud papam , Cæ-
lestinum , nominis illius 111 , quererentur;
peterentque , ut Philippus ad recipiendam
uxorem cogeretur . isque , æqua postulare
regem censens , respondere comiter lega-
tis ejus : *operam daturum sese , ut Phillipo inju-
ria representetur , ac repudiata pridem Inge-
burga revocetur.* Hoc responso , postquam
Româ discessissent , in Burgundiam delati ,
propè urbem Divionem detinentur ; lite-
risque , quas habebant à pontifice , spoli-
antur : sed , cum rege collocuti , & abbatibus ,
Clarævallis , ac Cisterii , fidem suam
interponentibus , dimittuntur. Cælestinus ,
vix digressis his legatis , quod promiserat ,
suos ad Philippum mittit , Meliorem , tunc
presbyterum cardinalē , Censiumque
subdiaconum : postulatque , ut recipiat
Ingeburgam , temerè repudiatam , verūm

CANVTVS VI.

frustra ille fuit : ac , post obitum ipsius , In- cīō c
nocentius quoque 111 , qui successit , epi- xci.
scopum Parisiensem per epistolam , quæ &
hodiè conspicitur inter ejus decretales , ut
vocantur , in principio libri primi , adhor-
tatur , ut Philippum quovis modo ad re-
cipiendam uxorem permoveret . insuper
legatos mittit , anno primo post millesi-
mum ducentesimum , Octavianum , Osti-
ensem episcopum , ac cardinalem , & epi-
scopum Velitrensem . per quos mox , con-
cilio Sueßione convocato , id effectum , ut
reciperet hanc in gratiam ; ita tamen , ut
duodecim totis annis insecuris secubaret :
nec participem lecti ficeret , nisi demum ,
cum ex Angliâ rediisset , anno millesimo
ducentesimo decimotertio , qui vigesimus
post repudium . ex quo tempore cum re-
cepta in lectum esset , eum tenuit , usque
ad illius mortem , inconcuso hinc affectu
adamata . Illud verò hāc in re silentio non
prætereundum est . Cum legati Innocen-
tii rem Sueßione agerent , rex Philippus ,
quamquam isthoc detrectaret , nec cog-
nitionem causæ impedire tamen posset ,
juris dictionem instituens , advocationem
parat . agitur causa , in præsentia ipsius , le-
gatorum , ac totius regni præsulum , sedu-
loque disceptatur : & accenso clarâ voce
ter rogante , *ecquis foret , qui tueri Ingeburgæ
partes vellet ; nam futurum , ut silentium pro-
consensu , & confessione culpæ , haberetur ; pro-
dit ex adstantium turbâ juvenis , ignotus
planè , & concedi causæ dictionem petit .*
quam adeptus , universis summâ cum at-
tentione auscultantibus , peringenuâ liber-
tate , ita omnem rei veritatem exponit , ut
Philippi obstinatum antè animum ad reci-
piendam eam permoveret . postquam au-
tem perorasset , iterum immixtus turbæ ,
nusquam inveniri potuit : neque sciri , unde
domo , quis , aut à quo missus esset . Inter
ista , in Livoniam arma Dani transtulere :
atque regionis ejus infideles , cæpto illis
prædicari verbo Dei , per antistitem Me-
nardum , ac Bertoldum successorem , re-
bellantes domuere : & ad fidem Christia-
nam universim amplectendam perpulere .
Hinc , transgressi in Estoniam , gentem cīō c
admodum ferocem , bello victam subju- xci.
gārunt . Anno proximè insequuto , mense cīō c
Martio , vehemens tempestas fuit : & cui xcv.
similem

B b

similem neque à creato mundo, exstisſe, est putatum. alibi convulsæ silvæ, penè integræ: aediumque strages maxima, & navi- giorum, edita. Hinc Canutus, in Estho- niam rebellantem arma vertit, regni curâ Valdemaro fratri datâ : ac, devictâ rur- sum gente, suam in eâ potestatem, & re- ligionem, pridem constitutam, confirma- vit. ac, quo melius illud faceret, equites, Enfigeros dictos, fœdere cum illis inito, suæ ibi potestatis in consortium admisit: ut absente inde ipso providerent, ne quid novi molirentur. Eum ordinem, deriva- tum è Palæstinâ, pontificis Romani auspi- ciis, Bartholdus, Rigenſis episcopus, in Livoniam invitaverat; dederatque illi pontifex possidendam omnem terram in- fidelium, quos virtute militari ad ample- etendam in Christum fidem deinceps ad- ducturi essent: & insigne attribuerent, enses rubros, unde nomen accepere, de- cussatim collocatos: additâ & stellâ ru- brâ, in coloris albi veste. Hos Canutus, sicut dixi, uti fidem Christianam inter bar- baros, jam rebelles, tueretur, fœdere con- junctos sibi, in societatem quasi quandam adscivit; atque idem, cum in regnum suc- cessisset, frater Valdemarus fecit: ac pau- latim insequuti ipsum reges, suâ pietate ducti, totum iis regionis principatum con- cessere. Hinc in Pomeranos quoque, de- nuò se commoventes, sexcentarum sep- tuaginta navium classem, & in eâ homi- num circiter octoginta duo millia, expe- divit; & exscensu in terram facto, Valo- gestum, ac Stetinum, expugnavit: mœni- busque reparatis, sub præsidio inde am- pliore habuit. Paullo pòst Fidentium Ro- manus pontifex cardinalem ad Canutum regem mittit; de captivi Valdemari, Slev- vicenſium episcopi, liberatione aëtatum: verùm ille, re infectâ, diem suum in Sca- niâ obit, Lundiaeque sepelitur. Mox Ca- nuto multo gravior controversia cum Adolpho, Holsatiæ comite, est exorta. quippe is Dithmarsiam, parentem Danis, post captivum Valdemarum, cum Adolpho Dasselensi, avunculo suo, manu ar- matâ ingressus, multam inde prædam ab- duxerat, & redigere universam in potesta- tem nisus erat. tum auxere iram regis qui- dam Holsati; qui, proditionis pridem ab

Adolpho accusati, quod, in Asiâ dum ab- effet, & adversus infideles militaret, con- tra Henricum Leonem, in Holsatiam in- cursantem, arma sua minimè opposuiſ- sent; ideoque, bonis suis spoliati, & ejecti, postquam ad ipsum in exilium configiſ- sent, animum ejus, item fratris Valdemari, contra illum incitare non cessabant: atque id efficiebant, uti Valdemarum mitteret cum exercitu, & rem totam restitueret. Abit ille; & cum eo profugi, quos dixi, Holsati: obviāque ipse Adolphus co- pias infestas ducens, magno animo ad Stil- noum pugnam init. verùm, impar Valde- maro, & in fugam mox compulſus, maxi- mā suorum strage, se recipiens Hamburgum, vix evasit. victor autem Valdemar- us, cum exercitu progressus, capto sta- tim Itzehoo, Segebergæ, ac Travemun- dæ, obsidionem ducibus quibusdam man- dat: ipse Plonæ urbis arcem, quò Adol- phus sese recepturus esse videbatur, ma- gno nisu oppugnatam, capit, & præſidio munit. Quibus gestis, paullò pòst, majo- ribus collectis copiis, ad Hamburgi obſi- dionem se convertit: quod deditio- nem tamè statim fecit. nam Adolphus, urbis dominus, explorato, imminere sibi hostem, metuens obsidionem, ante adventum Val- demari, Albi flumine transmisso, Stadam fuga se receperat. Quâ de caufâ Ham- burgenses, qui se impares agnoscerent, Valdemaro obviā egressi urbe, summa cum demissione venientem excepere; se- que illi, ac sua omnia, regis nomine dedi- dere. Hinc, qui minimè ignoraret, quan- tum in his talibus celeritas momentum haberet, nil cunctatus, jam labantem ho- stium fortunam porrò impellendam sibi putans, motis castris, Vergedorpium ma- gnis itineribus tendit: ac postridie in Lau- wenburgensem agrum copias ducit. quo comperto, Dasselensis, cùm præſidium Lauwenburgo impoſuiffet, Valdemarum minimè exspectare ausus, ipſe quoque fu- gam capiens, ultra Albim se recepit. Val- demarus, collocatis ante Lauwenburgum castris, dum maiores illic sibi copias parat, & obsidionem urget, undique præfecti arcum vicinarum, ac cum illis Razebur- gi, eum accedunt, seque dedunt. Poſt- quam autem Lauwenburgum diu frustra obſediſſet,

obsedisset, molibusque ante arcem munitissimis excitatis, ac præsidio relicto, quantum ad continuandam obsidionem satis esse videretur, mox Slesvicum magno cum triumpho redit; sparsa latè nominis fama per Germaniam universam: qui, Adolpho propulsato, oppidis tot, arcibusque, expugnatis, aut timore ad deditiōnem actis, ac Holsatiā penè totā subjugatā, specimen virtutis suā, & industriæ militaris, non vulgare edidisset. Otho vero Brandenburgicus, Adolphi Holsati, quem contra Canutum regem hactenus summā fide juverat, vicem dolens, cum Adolpho Dasselenſi in Vandalos movet. cuius rei fama cùm in Daniam perlata effet, illicò Canutus magnam multitudinem passim ex agris, oppidisque, in arma cogit: & auxilia Rugiana his adjungit. quia autem jam ætate gravis Absalon, etiam morbo impeditus, ducem sese exercui, ut solebat, minimè præbere poterat, demandatum illud munus Petro, Roschilensi episcopo, tum & regis cancellario, ac Torberno Knarderupio, ejus fratri. qui cùm copias jussu regis transmisissent, Vernoviæ fluminis, quod, Rostochium præterlabens, mox in mare se exonerat, ostium ingressi, paullo pòst in terram exponunt, ubi Othonem propè agere accepunt. Neque mora; coēunt infestæ acies, fortiterque manū conserunt. acriter pugnatū utrinque; & occubuerū plurimi in vestigio, dum pars neutra loco semel capto cedit. Petrus, ac Torbernus frater, primā in acie dimicantes, nil virtute suā dignum omittebant. neque deerat sibi Otho: qui hortando, & pugnando, ducis pariter militisque munus strenue obibat. Postquam autem paribus animis diu concertatum esset, Petrus, jussis sequi suis, impetum in hostem facit: nec urgere prius cessat, quām in fugam eum vertit. sed, incautiū dum premit, nullo ordine suorum, ipse capit, frater cadit. &, amissio utroque duce, qui è prælio supererant, naves repetunt, & in Daniam revertuntur: ac Torbernum, secum abductum, mox Ringstadii sepeliunt. Paulo pòst & Petrus redit; cùm custodiæ præfectum, ingrēns pretium pollicitus, corrupisset. Ac Othonis, quamlibet victoris, vires eo præ-

lio fractæ adeò fuere, ut deinceps nil hostile in Canutum sit molitus. Quibus hunc in modum gestis, Burevinus, & Niclotus, Silaviae comites, jussu regis, in Adolphum Dasselensem, hujus belli adjutorem, copias ducunt: initaq; inde pugnā, cùm Niclotus cecidisset, ejus mortem Burevinus ulciscendam sibi ratus, graviter incumbens hosti, universum profligavit, & Adolphum ditione suā ejecit. Inter quę concedit fatis Sophia, Canuti mater, Valdemari I vidua, & Ringstadii sepelitur. Profligato Dasse- lensi, Valdemarus Louwenburgū, ac Bergerdorpium, quæ præsidio adhuc ejus tenebantur, statim obsidione cinxit: ac, dum ea se tuentur, validè admodum munita, Razeburgum, Gadebuscum, & Vitenburgum, quæque arces aliae ad Suerinensem pertinebant, quod is arma cum Adolpho conjunxit, suam in potestate redigit. Hinc se in Lubecam vertit; quæ, obfessā Travemundā, tantam in angustiam redacta fuit, ut, auxilio desperato, ultrò sese in victoris leges dederet: integra commerciorum, quæ in Daniā pridem exercebat, jura, civiumque libertatem, quos Canutus anno præcedente ceperat, stipulata. Magnā cùm solemnitate Valdemarum Lubencenses excepere. isque, paucos ibi dies commoratus, rebus suis ordinandis annum advertit; ac, consulibus urbium expugnatarum, aut deditarum, evocatis, obfides imperat: Lubecæ vero, postquam cives sacramento obstrinxisset, arcem imponit: cuius etiam monumentum hodie platea regia nominatur. etenim sic statuebat; minimè quieturos cives, aut mansuros in obsequio: nec Adolphum item forte, cùm egressus semel foret, cessaturum: ob hanc causam novos motus, alias illic orturos, coēceri hoc præsidio oportere. ac permansit in vicecum septimum annum; cùm, excussa servitute, Lubencenses, priscam sibi libertatem vindicantes, sub hoc ipso Valdemaro, tunc regnante, diruerunt: uti fusi narrabo, cùm ad tempus id per venero. Et his quidem ita tum Lubecæ gestis, Zegeburgum Valdemarus, quod Timone duce dudum arcte obsederat, mox in potestatem accipit. inde jubet frangens pretium pollicitus, corrupisset. Ac Dithmariam, Scenoni; ejus fratri, Plo-

nam mandat : exilibus , ab Adolpho rei cura Guncelino data. qui Adolphum
 cōcc. ejectis , patriam reddit : & Dithmarsos, cūm in castra evocasset , ut ad pacta im-
 cūm se denuō commoverent, ac tributum plenda abduceret , in discriminem magnum
 imperatum exhibere detrectarent , gra- incidit. nam Dithmarsi , postquam Adol-
 vius premit. Inter hæc , Holsatiæ ejectus phum intrâ vallum conspexere , qui &
 Adolphus , certior factus , redditum suum Marsicam regionem per vim pridem oc-
 exspectare Hamburgenses , ut reciperet amissa , cūm delectum habuisset , urbem cupasset , & in eâ graviter grassatus esset,
 obsidione cingit ; & , vix quicquam resi- arma rapiunt : eum planè occisuri , nisi
 stentem , veluti quæ capi vellet , protinus ocyùs rex ipse laboranti succurrisset. mox,
 in potestatem suam redigit : ac Rudol- Valdemarus recepisset , Guncelinus , ca-
 pho, regio illic præfecto, exire jussò, quæ ptum secum Adolphum ducens , Louwen-
 à Valdemaro pridem acta essent , aut sta- burgum est profectus ; ut obfessi , eo viso,
 tuta , deinceps rata haberi vetat. idque ac ditionem quoque imperante , evesti-
 postquām in Holsatiæ nuntiatum , qui- gio arcem Valdemaro traderent. Cūm
 dam , in fortunam Adolphi propendentes , perventum istuc esset , ac ditionem A-
 ad recuperandam eam ditionem clām in- dolphus , ante mœnia constitutus , militi
 vitant. quorū hortatu is audentior , etiam præsidiario imperasset ; idque ille perti-
 tum Segebergam , Louwenburgum , ac naciter recusaret , fame potius moriturum
 Travemundam , sub præsidio suo tenens , se respondens ; sub custodiâ primò Slevi-
 communire Hamburgum incipit , magnâ cum perducitur , hinc Sœburgum Sialan-
 spe Holsatiæ recuperandæ. ubi dum se- diæ : additurque socius carceris Valdemar-
 curior æquo menses aliquot moratur , ro , Slevicensium episcopo , qui rebellio-
 Valdemarus , clam Slevico castra mo- nis quoque pridem fuerat. Et , Adolpho
 vens , circa brumam , primò Rendesbur- hunc in modum subjugato , factum , ut
 gum dicit , oppidum in finibus ducatus Victoriosus cognomento Valdemarus di-
 Slevicensis situm , & Holsatiæ. eo capto , ceretur. Nec multo pòst in castra ad Ham-
 in Dithmarsiam contendens , quam Adol- burgum rediens Valdemarus , universas
 phus in defectionem traxerat , sine clade copias in urbem inducit ; civibusque ære
 illam recipit. hinc , profectus per Holsa- ingenti imperato , arcem etiam imponit :
 tiæ comitatum , properè Hamburgum quâ deinceps in officio continere ipsos
 petit , obfidesque. ubi in castra convenere , posset. Per id tempus moritur Soræ , quam
 Guncelinus Suerinensis , Burevinus Mega- fundaverat , Absalon ; vir integritate vitæ ,
 politanus , & Dithmarsi , magna auxilia bellicâque fortitudine , suo ævo certè ne-
 adducentes. Quo Adolphus intellecto , ac mini secundus. Sora antè avitus illi pagus
 se obfideri videns , eo tempore , quo peri- erat ; isque diruit , & in monasterium ver-
 culi minimum sibi metuendum existima- tit : monachisque legem dixit , ut , quod
 bat ; nec effugium ullum dari , hinc cir- anno quolibet memoriâ posteritatis di-
 cundato ab exercitu , inde Albi , glacie illi gnum passim totâ Daniâ gereretur , scriptis
 innatante , transitum non permittente ; in- traderent . sed , quod caverat diligenter ,
 super , delusum item ab Holsatis , qui in minimè curatum fuit ; ac , Saxonem si exci-
 vanam spem pertraxerant , animadver- pias , nemo Danus patriæ suæ historiam
 tens ; urbem offert , & mox etiam Lou- literarum monumentis consecravit : & ex-
 wenburgum , ad Decembres sextum & tranei , sive ignorantia hallucinantes , nihil
 vicefimum diem imminentem ; modò sibi præstiterunt solidi ; sive invidiâ , quæ à
 potestatem liberam discedendi daret , ac Danis fortiter gesta , deprimentes , sua in
 delicti gratiam Hamburgibus faceret. majus extulerunt . quod cùm ille prævi-
 id initio cùm negaret Valdemarus , tan- deret , Saxoni , præposito tunc Roschil-
 dem , intercessione Guncelini , & Burevini , diensi , hanc historiam , quæ nunc exstat ,
 est largitus : hâc conditione tamen , nisi conscribendam demandavit . isque fecit ,
 Louwenburgum traderet , ut captivum cum ingenti laude suâ : quam non parum
 Valdemaro se se redderet . ac perficiendæ aucturus fuerat , si & distinxisset annos ; &

quæ miscet, fabulosa omisisset. nunc judicium meritò desideramus in quibusdam, qui insignem scriptionis, eo ævo, elegantiam prædicamus. quamquam, de distinctione certâ annorum, tempora remotiora, & incuriosa sui, facile excusant virum, cæteroqui diligentem. Vixerat Absalon, cùm decederet, annos tres & septuaginta; quadraginta quatuor, episcopus fuerat; & Roschildensem ecclesiam, rexerat vinti annos, & quod excurrebat tempus; Lundensem, amplius viginti tribus. Ac secutus ipsum fuit anno proximo Esbernus Huidius Snaræus, ejus frater, belli laude pariter clarus, ac de regno universo benè meritus. Is in villâ suâ Sæbiâ fortè gradibus delapsus, postquam caput in molarem illic lapidem impegisset, fractâ misere cervice, vitam finiit. Ejus beneficio Callundeburgum debet Dania. Erat pagus anteà, Hervigum dictus, quem tum pescatores quidam incolebant, sed exposti piratis: quos ut deinceps prohiberet, urbem fecit; & adjunxit illi arcem, munitione, ut securè habitare cives possent. templum item insigne struxit: cui vicum Vbberupum dono dedit. quod præclarum certè factum aliâ munificentia grandiore superavit; cùm Sorano monasterio, paullo antè à fratre Absalone condito, pagos integros quatuordecim est largitus: & quæ intrâ septum exstant etiamnum aedificia, opere structa lateritio, ut & aqueductum, fecit. quâ de causâ in ejusdem loci templo, juxta fratrem, tumulum habere meruit. Valdemarus, post tot res præclarè gestas, animum ad matrimonium contrahendum applicavit: itaque uxorem ducit, Henrici Leonis filiam, Ingeburgam, nuptiasque Hamburgi celebrat. utque domum Brunsvicensem geminâ affinitate rex Canutus sibi jungeret, itidem sororem suam Adelhedam, quam nonnulli Helenam dicunt, Henrici Leonis filio, Gulielmo, nuptum dedit. quâ ex re Holsati cùm spem conceperint, fore, ut hunc tractum totum Gulielmo dotis loco rex concederet, frustra habiti fuere. Postquam nuptias celebrasset, rex Lubecam urbē petens, magnâ pompâ eam ingressus, exquisito cum honore ab ordinibus universis est exceptus: & obstrictâ juramento

civium fide, privilegia, quæ habebant, confirmavit. insuper commerciorum toto regno libertatem, qualis ipsis Cimbris esset, illis dedit. Inde transiens Mollviā, obsides abduxit secum, ut ancipiū fide cives in obsequio retineret. etenim, cùm paullo antè Valdemarum receperint, & is pedem retulisset, iterum deficientes, Louwenburgo se conjunxerant. Ac Lubecam hinc regressus, ex Holsatiâ, Vagliâ, Stormariaque, præfectos pariter & vicarios, consulesque oppidorum, tum dynastas Razeburgi, & Suerini, ac clientes item alios, convocavit, fideique juramentum ab his petiit. Post quæ ubi omni Holsatiæ Albertum Orlemundium præposuisset, atque coepit à Valdemaro Segebergæ obsidionem demandasset, mox in Daniam recessit. Valdemarus, à Canuti comitatu se recipiens, Louwenburgi oppugnationem visit. quæ cùm voto tardius procedere sibi videretur, de communendo rursum Haddenburgo consilium capit: cùm ut tutum id refugium suis esset, tum ut commeatum obsessi, Albi flumine devendit, interciperet. quo peracto, aliquot relictis illic in præsidium militibus, denuò Slevicum petit. Cùm verò nec Segebergæ obsidionem sat procedere animadverteret, milite præsidario, quoties vellet, frumentatum excurrente, Orlemundius, quod Adolphi frater uterinus foret, mox suspectus esse coepit, quâsi minus bonâ fide in negotio demandato versaretur. Itaque & huc accurrens Valdemarus, cum prætoriâ cohorte, aditus statim omnes claudit, ut annonæ planè nihil importari illuc posset. sed obseSSI, ut eluderent obseffores, astu usi, tritam calcem, quam farinam illi esse existimarent, è muris dejiciebant. Quæ dum fuit in Holsatiâ, rex Canutus, pridie Idus Novembris, sive, uti volunt alii, tertio Idus Decembris, repentinâ morte extinguitur; per venenum, ut nonnulli crediderunt, procurata: anno ætatis quadragesimo, regni primo & vicesimo: ac Ringstadii sepelitur: princeps pace, ac bello, magnus; & omnino vitâ longiore dignus. Cujus rei cùm in castra ad Segebergam nuntius delatus esset,

cic cc II.

V A L D E M A R V S,

mandatā Orlemundio obsidione, ac præscriptis legibus deditio[n]is, si hanc fortè per absentiam facere obfessi vellent, ocyūs in Daniam, ad capessendum illic regnum, à proceribus advocatus, proficiscitur. nec multo pòst, unanimi consensu omnium, rex

cic cc III.

creatur. Inde, rebus ordinatis, novus rex

Lubecam tendit; ubi adactis juramento ad obsequii fidem civibus, tanquam Vagriæ Nordalbingiæque dominus, privilegia, & immunitates magnas, est largitus: iis maximè, qui in Scaniâ, Falsterboâ, ac Scanoræ, mercaturam exercent. Aderant ibi accersiti Hamburgenses; tum & Rugiæ, Pomeraniæ, Megapoleosque comites: ac dynastæ Razeburgi, & Suerini, insuper equestris ordo earum regionum totus; regique per Holsatiæ, & Stomariam, ac Dithmariam, vicarii. qui cùm omnes juramento fidem suam obstrinxissent, dat præfectum Nordalbingiæ Orlemundum, anteà jam à Canuto quoque rege constitutum; inde urbi Lubecensi arcem imponit; à quâ vico, & portæ, nomen etiamnum usurpat. Quibus actis, Valdemarus, tot jam populorum potens, indecorum majestati suæ ratus, unâ arce Louwenburgo se excludi, totas vires cōvertit. Valide præsidium arcis aliquan- diu repugnabat; sed, deficiente annonâ, nec auxilio apparente, tædium defensio[n]is tandem ulterioris cepit. Itaque dedi- tionem obfessi offerunt; eâ lege, ut Adolphus libertati redderetur. quâ de re de- liberatum postquam esset, regni episcopi, qui cum Valdemaro erant, & in primis Lundiensis, fore istud pollicentur, si & arcem sine morâ ipsi dedant, & Adolphus, datis aliquot obsidibus, de constanti deinceps pace regi caveat; hâc conditio[n]e maximè: *uti arcibus, ac provinciis univer- sis, quas ex Cesariis indulgentiâ tenuisset, abdi- catis, extra fines Nordalbingiæ se deinde conti- neret. & nec suis, neve alienis armis, ullas Val- demari terras post id tempus infestaret.* In quæ cùm Adolphus sese juramento ob- strinxisset, obsides dat filios duos, ac ne- potem ex forore, quæ Adolpho Dasselensi nupta erat; item filium Suerinensis, ac præterea alios octo, ex equestri ditionum illarum ordine: qui in proximos decem

annos Valdemari in potestate omnes fo- rent: nisi fortè mors illius, aut Adolphi, intercedens pa[ct]a solveret. Hunc in mo- dum liberatus mox Adolphus, Scouwen- burgum se recepit, reliquamque illic vi- tam omnem egit. Valdemarus, jam re- dacto in potestatem Louwenburgo, sta- tim in Daniam regreditur; ac, compositis illic rebus, legibusque aliquot novis, quæ in Iure Scanico reperiuntur, constitutis, classem parat in Norvagiam: quæ in bello c[on]cc[re]to pridem Holsatico Valdemarum Slesvi- censem propugnaverat. quam cùm appu- lisset posteâ, & exercitum usque ad Tunf- bergum, oppidum promovisset, conten- dentem de re summâ cum Philippo Erlin- gum ibi regem creat, imperato in annos singulos tributo; ac Philippum, Erlingo conciliatum, ducem itidem constituit: & obsequium utriusque juramento sibi, po- sterisque, obstringit. post quæ, finem ejus anni morte uxoris Ingeburgæ, post biennii matrimoniū, sibi luctuosum habuit. cum- que ea sine liberis dececessisset, affinitate, cum Othono Brunsvicensi institutâ, inter- ruptâ, amicitia quoque extincta est. ac deinde regis Bohemorum filiam, Margar- etam, quam Dangmaram, propter sum- mai pulcritudinem, appellabant, mori- busque, uti formâ, excellentem, uxorem capit: ex eâque duos inde filios tollit, Val- demarum, & Abelem. Sponsam Stran- gius, inter primos Danicæ nobilitatis, aliis triginta equitibus comitatus, Lubecam adduxit; ubi nuptiæ, regio planè apparatu, celebratæ. Nec multo pòst episcopum Lundensem, Andream, cum exercitu in Esthoniam ablegavit: quæ ad idolola- triam iterum versa, fidem etiam exuerat. isque, assumptis secum fratribus, terram invadens, facile eam ad obsequium re- duxit. inde, in Borussiam movens, princi- pem ejus, Ladislaum, bello domat. qui- bus gestis, cùm in regnum rediisset, gratiæ illi publicè actæ, ob virtutem, meritum- que. etenim tum inoleverat, ut episcopi duces belli legerentur, ad exemplum Ab- falonis: cuius quia magna fuerat in Van- dalicis bellis virtus, atque gloria, maximè persuasum habebant, successorum simi- lem fortunam fore. quæ res uti reip. qui- dem profuit, sic religioni nocuit, quippe illi

VALDEMARVS II.

illi quanto magis se negotiis civilibus, bellicive, miscuere, tanto minus studiis regionis incumbentes, veluti profani facti, curam quoque ecclesiarum certè insuper habuerunt. Subjugatà rursum Esthoniā, de episcopo Slevicensi, Valdemaro, jam captivo annum decimum, & quartum, liberando agi coepit. intercedebat regina, & Andreas Lundiensis, aliique è proceribus; quin Romanus etiam pontifex, per Fidentium cardinalem: literisque item missis, regem urgebat. ac conditiones dictæ; ut continuò, postquam liberatus foret, regno excederet; nec in id rediret unquam, aut pernitiosum quicquam moliretur; ageretve iis locis, ubi merito rex suspectum habere posset. nisi fidem hic servaret, sacris omnibus à pontifice arceretur. In quæ verba jusjurandum cùm dedisset, mox dimissus, Romam abiit; illic deinceps moraturus, dum episcopatu alio à pontifice donaretur. sed non diu fidem tenuit. nam, cùm Romæ se pontifici obtulisset, hinc Bononiam profectus, de-nuò navare studiis operam coepit. verùm id non diu fuit: cùm ad arma iterum versus, multa in regem est molitus. Per hæc Otho Brunsvicensis, regi matrimonio priore affinis, juxta Albim illi occurrit; &, ab Innocentio III Imperator constitutus, foedus petit, & suppetias in Philippum etiam tum Imperatorem. nec gravatè rex concessit, qui Philippi alienum à se animum esse sciret, ac repudium sororis ægrè ferret: itaque, foedere constituto, etiam auxilium addit, equites è selectissimis quadringentos. quibus actis, cùm in regnum rediisset, certior fit, nova rursum Valdemarum machinari. nam Hartvico, archiepiscopo Bremensi, vitâ functo, à collegio substitutus, cum decreto electionis Romanum adiens, Innocentio nominis illius III, tunc pontifici, rem exponit: isque electio nem illi insperatam gratulatur. nec confirmat tamen statim; quod putaret, brevi adfuturos alios, qui rem istam certius edocuri essent: neque aliter sanè accedit. etenim mox advenere Hamburgenses, ac cum his præpositus ecclesiæ Röschildiensis, regis Valdemari nomine. qui, quantumvis literas nullas, quas prædones in itinere interceperant, exhiberent, tamen acriter Valdemarum incusabant; quod vocatio, minimè suffragiis sufficientibus, cùo cc planè illegitima esset. quippe constitutum olim, VII. à Suenone usque Estritio, Dania rege, anno cùo XLIV, ut ecclesia Hamburgensis ad Bre-mensem adjungeretur; & antistitem sibi utraque aequo jure, ac consensu, constitueret. tum perfidiam quoque ejus manifestam argue-bant; quod juratam pridem fidem non servasset. etenim se obstrinxisse, nunquam ibi loci actu-rum, ubi rerum novandarum aliquam suspicio-nem concitare regi posset. Bremâ vero, nullum locum aut suspectum meliori jure esse, Cimbriæ infestanda magis etiam opportunum. qui-bus pontifex auditis, abstinere Valdemarum cathedrali Bremensi jubet; dum aut rex assen-tiretur, aut vacaret alia sedes. verùm ille, clan-culum se ex Italiâ proripiens, ad Philip-pum Imperatorem, cui sacrâ à pontifice interdictum, proficiscitur. siquidem scie-bat ipsum animo in regem planè infesto esse, ob contractam cum Othono Brun-sicensi, itidem tunc Imperatore, & hoste suo, affinitatem, ac submissa item auxilia. Imperator Valdemarum, blandè excep-tum, statim cum armatâ manu in Bremen-sem archiepiscopatum mittit; vim factu-rum, nisi ultro admitteretur. sed Bremen-fes, qui elegerant, accedente etiam aucto-ritate Imperatoris, minimè exspectandum rati, donec vi compellerentur, promptè eum receperunt. È re offensus pontifex, sacrâ Valdemarum prohibet, literasque per Germaniam totam mittit, ædium sa-crarum valvis affigendas: quibus perfidum pronuntiat, & rebellem. Istæ literæ Bre-mæ seriùs promulgatae, nullo temerè illud auso: donec, festo quodam die, quidam, in confertâ turbâ sacra munera offeren-tium, interdictionem scriptam in altari collocaret, aliaque exemplaria toto pas-sim templo spargeret. quâ re cognitâ Val-demarus, Cæsaris patrocinio fretus, nihil animo angebatur. nec moratus, fitas trans Albim provincias, quæ ad regem pertine-rent, bello invadit, Stadiumque per vim capit. & ulteriùs in Dithmarsiam objec-tentem arma prolaturus erat, ni, coactis properè copiis, rex Hamburgum accu-risset; ac Burchardum, ecclesiæ præsu-lém, quem nonnulli è collegio Bremensi, & ex Hamburgensi omnes, unanimiter elegissent, etiam Bremensium tunc præ-

cic cc
VII.

sulem constituisset. qui, accepto mox ex- derupium, ac Laurentium, & Iacobum, cōcc
ercitu, Albim transiens, Stadium reci- Sunonios, fratres. qui, ingressi fines Sue- cōcc
pit: & erectum denuō à Valdemaro, ite- ciæ, cum Canuti illic filiis juxta Lenam, cōcc
rum capit, ac majore curâ munit. Quia Gothiæ occidentalis urbem, infeliciter cōcc
verò comites etiam Suerinenses, Gunce- manum conserunt. etenim cum magnâ cōcc
linus, & Henricus, paullo antè Ioannem parte copiarum cadunt & Sunonii duo: cōcc
Gansium, virum è primis ejus loci, inva- quorum corpora, inde in Daniam repor- cōcc
sissent; &, injuriâ summâ affectum, arce tata, in avita monumenta inferuntur. In cōcc
insuper Graboviâ ejecissent; ac nunc quo- flumine Albi, pons corruerat; quem refecit cōcc
que adjuvissent Valdemarum, rex Alberto Valdemarus: ac transgressus, solo æquato cōcc
Orlemundio, quem Holsatiæ præfecerat, Viteburgo, Harburgum instaurat. & mox cōcc
dat mandatum, ut infestas copias in ipsos etiam Lubecam; adeò vastatam incendio, IX.
cōcc
duceret. isque, imperata exequens, Artel- ut vix solæ quinque domus remanerent:
burgum, ac Beuceburgum, capit, diripit, cujus rei in memoriam hodiè item vicus
& evertit: hinc, vastatâ universâ ditione, urbis appellatus. quin &, ut calamitatem
Bremam fugere ipsos cogit. Mox, Philip- solaretur, civiumque in extruendis rursum
po Imperatore Babebergæ, quo secesser- ædibus studium magis excitaret, vectiga-
rat, corporis curandi causâ, imperfecto ab lium, censuumque, immunitatem in annos
Othono Vitelsbachio, & Othono Bruns- multos admodum benignè indulxit. tum
vicensi procerum communibus votis sub- Guldholmiam monasterium, ad Slevicum
rogato, graviter ejus rei nuntius Valde- urbem situm, monachorum impuritate,
marum perturbavit, & spem asserendæ & abbatis in his maximè, irritatus, Riam
deinceps dignitatis planè eripuit. Neque transtulit, in Cimbriam: archiepiscopo, &
frustra metus fuit. quippe rex, continuò pontifice, factum istud approbantibus.
datis ad Othonem affinem literis, Valde- Hinc in Sembiam, ac Borussiam, novâ ex- cōcc
mari electionem illegitimatam exaggerans, petitione institutâ, Mistovinum, regulum
postulabat, ut Burchardum confirmaret: Poloniæ citerioris, ad obsequium coëgit:
& persequebatur pontifex; qui non ita & Gedanum, à parente Valdemaro ante
pridem sacris, jussa sua contemnentem, annos sex & quadraginta conditum, ac per
prohibuerat. Otho, qui occasionem vim à Sobislavo occupatum, recuperavit.
unâ operâ regem pariter & pontificem Verùm nec victoriâ tantum eum annum
demerendi datam sibi lætabatur, sede Val- Valdemarus lætum habuit, sed dupliciter
demarum dejicit, ac Burchardi electio- quoque festum; matrimonio Rigizæ, so-
nem ratam facit: tum insigni comitatu in roris suæ, quam Erico, Sueciæ regi, per
urbem quoque, & dignitatem, coram re- legatos ambienti, elocabat; & natali item
gio oratore, introducit. Inter ista, Sueciæ filii, Valdemari, posteà regis: nuptiæque
rex, Suercherus Hacco, Caroli filius, quem lustrico infantis die celebratæ. quâ occa-
Canutus, regnum affectans, interficerat, sione usi, Guncelinus, & Henricus, Sueri-
contra filios Canuti, patris sui cædem ul- nenses, adjuvantibus principibus, qui fre-
turus, arma sumit. Magnæ utrinque vires quentes tunc convenerant, gratiam, amis-
erant; atque illis clam auxilia è Norva- sam pridem, reparârunt; filiosque, obsides
giâ mittebantur: tum & Sueci catervatim datos, receperunt. Stralefundiam, pridem
illorum partes sequebantur. pro Suerche- ad littus Pomeraniæ condi cœptam, jussé-
ro, Folco erat, dux militiæ egregius; ac rat per Iarimarum, Rugiæ principem, por-
familia Folchingorum universa, eo tem- rò exædificari: quam dynastæ, Casimirus,
pore totâ Sueciâ celeberrima. & Suer- & Boguslaus, cùm irruptione subitâ occu-
cherus, quo par esse hosti posset, opem à passent, missis illicè suppetiis, recipitque,
Valdemaro petit; & sororem quoque ejus, & restituit Iarimarum, ac tuendam dein-
filio Erico uxorem. Valdemarus, & con- ceps urbem illi tradit. Anno proximo, cōcc
cedit matrimonium, & auxilium, milites iterum Pomeraniam petit; &, Niburgum xi.
decies octies mille; præficitque episco- illic arcem demolitus, Deminum instaurat:
pum Roschildensem, & Ebonem Knar- filioque item augetur, quem Canutum
appellavit.

appellavit. Sed lætitia minimè diuturna fuit; ac mox luctus, mortuâ reginâ uxore, occupavit: quæ in Cimbriæ urbe Ripâ fato suo functa erat. ejus corpus, in Selan-diam translatum, cùm Ringstadii condidisset, ut affectum in defunctam testare-tur, & memoriam quoque ejus conserva-ret, arcem in Cimbriâ Droningholmum, ceu *Reginæ insulam* dicas, juxta Arræ la-cum struit. neque semel annum hunc fu-nestum habet: nam affinem item amittit, Gulielmum Luneburgicum: & Iarima-rum, Rugiæ principem. Sed viduitatem lecti vere proximo reparare animum in-dicens, Berengariam, quam Bregnildim alii dicunt, Sanctii 1, Lusitaniæ regis, filiam, uxorem capit. quæ, immitis animi fœmina, multa eum, præter morem, & modum, facere compellebat: ita ut Been-gierda vulgo, quo vocabulo mulieres mali animi, atque lingue, etiamnum Dani appellant, diceretur. Ex hac tres suscepit filios, Ericum, Abelem, & Christophorum: qui in regno omnes ordine successerunt. Inter hæc, imperio exuto Othono, & electo Friderico, ejus nominis 11, Valdemarus, temporis habendam fibrationem arbitra-tus, per legatos Friderico & Imperium gratulatur, & ut diuturnum illi esse posset, atque felix, comprecatur. tum *Vandaliam*, & *Nordalbingiam*, dari petit; ac diplomate etiam donationem confirmari. olim sic S. Canuto Cæsarem Lotharium has indulsisse: ac Frideri-cum quoque 1, patri suo Valdemaro, in comitiis Metensibus, pontifice Alexandro 111 approbante. tum Canutum quoque fratrem, cui ipse succe-sisset, armis ditiones eas subegisse. Quam pe-titionem ejus postquam Cæsar cum prin-cipibus contulisset, dat diploma, quo testatur; se cum ipso amicitiam sempiternam colere velle: tum & ditiones illas, quas Canu-tus vi frater, atque Valdemarus pater, armis sibi subjecissent, semper deinceps possidendas in-dulgere: neque his à quoquam unquam contra quicquam dici velle. His peractis, Guliel-mus, & Henricus, Suerinenses, militiam Valdemari amplexi, fidem ei obstrinxere, se, si ita usus ferat, citra maris Balthici littus, præter justum peditatum, equites etiam cata-phractos sexaginta ad obsequium adducturos. Dani etiam Stetinum, in Pomeraniâ, & Mutam arcem, in Marchionis Brandebur-

gici ditione, ac tres item alias munitiones, cito cc expugnârunt. Et Burchardo, archiepisco-po Bremensi, per id tempus vitâ functo, ac Gerhardo Osnabrugensi à pontifice subrogato, Bremenses, qui admittere eum in sedem nollent, nuntium mittunt in Ita-liam, ad dejectum pridem adeò Valdemar-um, admonentque; ut, paratis quâm ci-tissimè auxiliis, properanter Bremam pe-teret: se & recepturos ipsum, & Gerhar-dum dejecturos. atque is, re intellectâ, recipit se ad Othonem Brandenburgicum, qui, adductus regis odio, quod hic pridem Mutam arcem, & munitiones alias, occu-passet, coactas oxyüs copias tradit. neque deficit Otho Cæsar: qui, percussus ana-themate, uti se ulcisceretur, omnibus mo-dis connitendum existimabat, ut reduci Valdemarus in Bremensem sedem posset. idem factum ab Henrico Palatino, fratre Othonis. quippe is, Gerhardo expulso, & restituit Valdemarum, & in potesta-tem quoque ejus redigit ditionem uni-versam. sed id ægrè ferens pontifex, Valdemaro, ac qui eum adjuvissent, & Bremensibus, sacrâ statim interdit. quin rex etiam, suâ interesse ratus, ne po-tentem adeò hostem sibi tam propinquū haberet, classe instruâ Albim ingressus, Stadium obsidet: sed, Henrico Palatino propugnante, mox discedit. Otho quoque Imperator, datam sibi occasionem belli Daniæ inferendi existimabat. & Albertus Brandenburgicus incitabat; mortuo tunc Gulielmo Luneburgico, qui sororem Val-demari uxorem habuerat. accedebat, quod jam regis prima uxor, Gulielmi & Othonis soror, fatis item concessisset: ut jam nullum amplius affinitatis vinculum esset, quo discordes, odioque laborantes, animi obstringerentur. nec Othonem be-neficia, quæ à rege pridem acceperat, retinebant. non auxilia in Philippum nu-per missa cogitabat; non suppeditatam classem profligato, profugoque, quâ in Angliam veheretur. itaque exercitum pa-rat; ac conjungunt copias Henricus fra-ter, & Albertus Brandenburgicus, cum episcopo Valdemaro: castraque ad Ham-burgum ponunt. quod se dedit, quanquam rege ad suppetias veniente, cum ingenti omnino manu. Verum Otho, qui se sciret à pon-

CIC CC
XIV.

à pontifice proscriptum, & infestis armis maxima. Visum id senatui fuit, uti, in cō*cc*
persequi Imperatorem Fridericum; tum eventum omnem, implicato semper bel-*xvii*
& regem imminere; properè præsidio illic lis rege suo, si quis casus eum eriperet,
constituto, urbe excessit. ac, cùm deseri nihilominus haberent, quem & regno ad-
se videret à principibus Germaniæ, in Fri-
dericum inclinatis, abdicato mox impe-
rio, vix triennio superstes, diem obiit Valdemarus Hamburgum tradit; & jus
Brunsvigæ. Etiam Stedingi arma pro epi- suum universum, quod in illam urbem ha-
scopo arripuerant; ac Minzovio, Schufio- bebat: eâ lege, ut quotannis felibras ar-
que, & Sturboo, quæ in illo tractu arces genti puri quinquaginta regno penderet;
fatis validæ, expugnatis, & eversis, loca & obsequium, si res posceret, militemque,
proxima devastabant: donec eos Hen- exhiberet. Vix in Daniam reverterat,*cic cc*
ricus Hoiensis profligaret, ac compesceret. cùm Livonos tumultuari nuntiatur; qui, *xix*
Anno inde insequuto, glacie constricto vocatis in auxilium Borussis, Lithuanis,
Albi, iterum rex Valdemarus in Storma- Semigallis, ac Ruthenis, Danos illic uni-
rios arma vertit: &, ingressus primò Sta- versos, tum & omnes Christianos, aut
dium, illinc in Saxoniam inferiorem co- ejicere sedibus suis, aut occidere cupie-
pias dicit: & Henrici Palatini, quas ex- bant. itaque, ut subveniret in periculo
stare ibi sciret, terras vastat. tum in Ham- tam ingenti constitutis, classem navium
burgenses dicit: & sat acriter repugnan- mille ducentarum parat, militemque pro-
tes, intercepto commeatu, fame pressos, pere imponit. addit item suas copias Vra-
ad dditionem cogit. Hinc in Daniam re- tislaus, Pomeraniæ tunc princeps. cumque
gressus, in Samsoa procerum conventum in terram exscendisset, hostium conspecto
indicit, filiumque Valdemarum regno in- exercitu, magnitudine ejus territus, retro-
augurari facit. inde Viburgum digressus, cedere cupiebat: *multo satius esse ratus, suos*
urbem Cimbriæ, ibi quoque primum om- *integros reducere, quam immensæ barbarorum*
nium favorem est expertus. Nec multo *multitudini temere in lanienam quandam obji-*
post Erico etiam filio auctus, ducem eum *cere. insuper, sic existimabat, si in prelio*
Slesvicensem appellavit; & Lalandiam *succumberet, fore, uti victor hostis acrius Chri-*
Canuto assignavit: nothum verò, Nico- *stianos premeret; ac, fortunâ belli elatus, arma*
laum, comitem Hallandiæ dixit. qui cùm *etiam promoveret: itaque victoriae cuiusdam*
Idam sibi uxorem adscivisset, Guncelini *sane instar esse, aleam periculose adeò pugne*
& Henrici Suerinensium fororem, & in *non tentare, neque irritare hostem. Ita animo*
dotem æquam comitatus partem acce- *fluctuantem, episcopus Arhusiensis adhor-*
pisset, mox suscepito ex eâ filio, sui nomi- *tatur; fortiter faceret, neque quicquam dubi-*
nis, diem obiit. Per id tempus Orlemun- *taret, ad futurum certò Deum, & eventum item*
dius, regis jussu, in crepidine Travemun- *prosperum concessurum; modo & consideret*
dæ arcem struit: & Bocleburgum in Dith- *ipsi, ac deinceps pietatem exerceret, & erupta*
marsia, anteà eversum, instaurat. Hinc *pridem bona ecclesiastica suis usibus, quibus de-*
conveniunt Slesvicum, Henricus, comes *stinata essent, restituere; tum benignius etiam*
Palatinus, & Gebhardus, archiepiscopus *habere subditos, quibus, conjugi Berengaria*
Bremensis, ac cum rege Valdemaro pa- *impellente, justo gravior fuisset, animum in-*
cem faciunt. qui dissidiis externis sic com- *duceret: & in ista summo Deo tacito se voto*
positis, ut domestica etiam magis confir- *obstringeret. Ac hortantem hunc in modum*
maret, eadem in vrbe, anno proximo, ad *Arhusensem, Lundiensis statim exceptit,*
vicecum quartum diem mensis Iunii, fi- *addiditque; bona sacra, queque Deo dedicata,*
lium suum Valdemarum, regno pridem *si quis intervertere ausit, ei ferè infeliciter illud*
inauguratum, insuper coronâ ornat. Sum- *cedere: neque fructum, quem sperasset, prove-*
mâ id solemnitate actum fuit; aderantque *nire. Post quæ cùm rex se facturum, quæ*
episcopi quindecim, duces tres, & comi- *suaderent, promisisset, petit insuper Lun-*
tes totidem. tum & proceres; ac nobili- *dienis; si victoriam daret Deus, ut deinceps*
tatis cæteræ, populiique, multitudo longè *singulis annis eo die, qui Augusti nonus erat, in*
memoriam

CIC CC
XV.CIC CC
XVI.CIC CC
XVII.CIC CC
XVIII.

memoriam rei gestæ , ac divini beneficij , totâ Daniâ supplicatio , & jejunium , ageretur : hominesq; omnis sexus , ordinisq; , & atatis , nempe usque ad duodecennes pueros , pane se , & aquâ , tantum sustentarent . Inde , cùm in genua omnes pro voluti deum supplices rogas- sent , ut pro gloriâ nominis sui contra ho- stem infidelem pugnaturis victoram lar- giri vellet , alacres certamen ineunt . diu prælrium anceps erat , sed vicere tandem Dani : oppidumque , juxta quod pugna- tum fuit , Valdemaria , de victoris Valde- mari nomine , dictum . Post victoram , rex obire illic terram ; & , imperio confirman- do , arcis passim , atque oppida , inter quæ Revalia , Nerva , Vesenberga , exstruenda ordinare : monasteria item condere , Chri- stianæ fidei stabiliendæ ; & , pietati exer- cendæ , etiam episcopatus constituere , cùm Revaliæ , tum Dorpati , atque Piltæ , in Churlandiâ : & episcopos , qui subessent Lundiensi , ac senatui quoqueregni accen- ferentur . insuper decreto edicere , ut pro- fectiones quædam in has oras identidem quotannis instituerentur : quo gens , rudit adhuc fidei , ex Danorum consuetudine indies confirmaretur , moribusque Chri- stianis assuefieret . Per id tempus , cùm ge- starum rerum fama in Italiam perferretur , Honorius III , qui pontificatum summum tunc tenebat , missis literis , v II Id. Octo- bris datis , magis etiam Valdemarum exci- tabat , ut alacrius opus inchoatum urgeret , populosque circumjectos porrò armis edomaret : datâ item potestate , quicquid terræ de paganis illis caperet , id ut sibi vindicaret . At lætitiam victoriæ , tam in- signis , annus proximus gemino funere per- turbavit . nam & conjux Berengaria , & Richiza quoque soror , regis Sueciæ pri- dem uxor , diem suum obiere , ac Ring- stadii sunt sepultæ . Inde , pietatis studio , monachos Prædicatores , quos dicebant , à Dominico , posteâ in sanctis habito , in- stitutos , intrâ regnum suum admisit . Com- mendabat eos pontifex , ordinisque auctor Dominicus , exaratis literis ad Valdema- rum , & Andream , Archiepiscopum Lun- diensem . Pontifex , quo rem magis etiam promoveret , legatum addebat , Gregorium Crescentium , cardinalem ; & interpretem adjungebat , Salomonem , gente Cimbrum ,

domo autem Arhusiensem : qui , professi- one monachus , cùm Dominicum Veronæ aliquandiu audivisset , sua serat sodalibus suis , ut adire Daniam vellent . itaque locus illis Lundiæ datus fuit : ubi monasterium sibi , opibus piorum hominum liberaliter adjuti , brevi tempore exstruxerunt . Ac Crescentius , cùm à rege , quod petierat , impetrasset , inde se Slesvicum confert . quippe ita pontifex mandatum dederat ; ut , concilio episcoporum convocato , cælibatum sacerdotum constitueret . etenim , cùm ille pridem per episcopos quosdam Daniæ isthoc ageret , ipsi , subterfugientes , ad concilium generale provocaverant . hâc de causâ id præceperat , ac statutum , uti vitam sacerdotes cælibem deinceps agerent , liberiisque hæreditate planè omni excluderentur : qui parere detrectarent , illi ordine , munereque , si quod gererent , moverentur . Rex , qui porrò res Estoniae confirmatas cupiebat , illuc denuò profi- scitur ; comitesque secum trahit , Canu- tum filium , & Albertum Orlemundum , ac Thuonem , episcopum Ripensem : inde , fide Christianâ inter gentes propagatâ , & ecclesiis constitutis , ac præfectis , qui cu- rarent , sacerdotibus , filium Canutum ibi cum imperio relinquit ; additâ non parvâ manu militum fortissimorum : qui , equiti- bus ordinis Teutonici se conjungentes , magnam sæpe hostium stragem edide- runt : ipse in Daniam regreditur , cum Al- berto Orlemundio , & Thuone . ubi dum defessum animum recreare paulum insti- tuit , & venationem agitat , ipse capitur , ab Henrico Suerinensi . Ille , cùm in Palæsti- nam , voti reus , cogitaret , ditiones , con- jugemque , Valdemaro commendaverat . qui , jam viduus , mortuâ pridem Berenga- riâ , fæminæ amore captus , eâ abutitur ad libidinem . idque cùm Henricus redux accepisset , animo offensam occultans , ultio- nem hunc in modum meditatur . Impe- trato commeatu , ad Liutham , affitam Fioniæ insulam , ubi rex venationi intentus erat , unico navigio appellit . & egressus , simulâ animi demissione , regem accedit ; gratiasque ingentes agit , pro defensâ per absentiam ditione . tum quotidie venatum exeuntem officiosè comitatur : aliquando , ut suspicionem omnem insidiarum amo- veret ,

cic cc
xxiii.

veret, etiam solus, parvo utentem satelli- vellet; tum Henrico Suerinensi ut Van-
tio. Quod cùm aliquoties jam factum daliam, Nordalbingiamque, traderet,
effet, Valdemarus die quodam, parvo iti- respuens conditiones tam indignas Valde-
dem progressus, uti antè, comitatu, circa marus, ut excelsò erat animo, maluit ma-
vesperam, è labore multo fessus, in tugu- nere in carcere, salvo regno, ac majestate,
rio, non tam longè à portu sito, in quo quād damnosam adē sibi, ac probrosam,
navem suam Henricus applicuerat, locum liberationem admittere. Inter ista Sueri-
pernoctandi capit. ac, nil minus, quād nensis, ut res suas stabiliret, cum finitimi-
ns fidias, illic metuens, blandè ipsum ad principibus, urbibusque, foedus init. insu-
cænam invitat, & potationem quandam per Adolphum quoque Scouwenburgi-
largiorem. ipse verò, qui occasionem eam cum exstimulat, ut tam bonâ occasione ad
exspectaret, datam sibi minimè negligen- recuperandam Holsatiam, patri Adolpho
dam ratus, ocyùs parare suos vela jubet: ante annos circiter viginti & unum, per
& ex his promptissimum quemque, manu captivitatextortam, uteretur. qui, cùm
pariter, animoque, ad id facinus præsto solus non sufficeret, ejus operâ adjutus, ac
esse. cùm potatio longiusculè processisset, Gerhardi, archiepiscopi Bremenfis, tum &
rexque ipse, & qui circa eum erant, vino Henrici Verlensis, aliorumque, rem ag-
graves, lectum omnes petiissent, ille suis, greditur, & Alberto Orlemundio bellum
ex infidiis evocatis, imperat, vincirent pro- infert. quem, cum manu raptim armatâ
perè, somno altiore pressum; ac cum eo occurrentem, statim vincit; & in vinculis
filium quoque Valdemarum, successorem abductum, Valdemaro comitem custodiæ
designatum. Statim compedes utriusque addit. inde Holsatiam pervagatus, univer-
injicientes, ora etiam obturant, ne clamore sam, adeoque ipsum Hamburgum, mini-
auxilia excitare possent; & ad navem ra- mo negotio in potestatem suam redigit.
ptim abducunt. inde avehunt Suerinum, Atque sic subactâ Holsatiâ, & Stormariâ,
ac mox item Dannebergam. Certè crimi- ceu jam nulla ultra metus causa esset, ar-
ne detestando Valdemarus se obstrinxerat, qui uxorem Suerinensis, suæ fidei com- ma Adolphus, & Henricus, deponentes,
missam, violaverat: & ostendit iram ma- militi dant missionem. Sed nec hîc for-
nifestam Deus, qui dynastam, multo sanè tunia desit Valdemaro adversari. nam
inferiorem, contra eum excitavit; ut in Esthonii, ac Livoni, eodem tempore, post-
suo eum regno, quando bello inferendo quam captum audivissent, milites Teuto-
impar esset, astu adoriri auderet, & abdu- nici ordinis, quos Enfigeros appellatos su-
ceret captivum, teneretque in triennium: pra dixi, & episcopus Rigensis, Revaliæ
nec dimitteret, ne in Cæsarî quidem gra- occasionem invadendæ sibi datam existi-
tiam, principumque aliorum, nisi magno mårunt. & exemplo quoque eorum Os-
liberationis pretio. Certè Deus, sicuti for- liensis excitatus, libertatem item vindic-
tunam regum in fastigio excellenti collo- candum statuit. ad hos Vandali, Sclaviae-
cavit, atque eo modo ipsos magis ad vir- que populi, præsertim occidui, ditioque
tutem obstrinxit, ita etiam peccantibus Suerinensium, ac Verlensium, ab obsequio
multo gravius irascitur, & delicta seve- discessere. insuper Barnimus quoque, &
rissime vindicare item solet. Ad abducti Vratilas, Pomeraniæ tunc principes,
regis famam, statim senatores regni, de que quædam loca, extorserunt. denique
redemptione ejus consulturi, convenere. Dansvicum etiam Suentepoldus occupa-
placuitque per legatos petere ab Impera- vit. atque ita Sclavia tota, multis expedi-
tore, ut auctoritate suâ id negotium adju- tionibus difficultimis vix subacta, facili-
varet. isque ipse, sive filius Henricus, cum admodū negotio Valdemaro se subduxit.
Germaniæ principibus aliis, & in his anti- Inter ista proceres regni, ut captivum re-
stite Coloniensi, Bardevicum, in vicinam gem suum liberarent, quidvis tentant. In
Pomeraniam, se recipiens, cùm nequic- Germaniam aliquos suorum mittunt, prin-
quam rem tentasset, mox recessit. etenim, cipesque passim prensant; ac, muneribus
cùm regem sibi, & Imperio, subditum non exiguis inter illos distributis, eò tan-
dem

VALDEMARVS II.

dem rem perducunt, ut Albertus, dux parente quoque ejus, Friderico Barbarossa, privi-
Saxoniæ, principesque item alii, causam legia, & immunitates multas, accepisse: at
sibi hanc agendam existimarent. itaque, nunc aliquanto tempore, armis Valdemari victa,
eorum operâ, id effectum est, ut rex, filiusq[ue] illius da- dominationi Danicæ subjacere. itaque orare ip-
ejus, libertati redderentur; pretiumq[ue] illius da- sum, ut susciperet patrocinium, & antiquam
rent selibrarum argenti puri quadraginta quin- libertatem vindicare cupientes adjuvaret: se vi-
que millia: tum trecentas quoque alias, ad exu- cissim obsequium, quod consuevissent, presitu-
stum pridem templum Itzehoæ, cum infesta illic ros. Audit Cæsar oratores perbenigne, ac
arma circumferret, instaurandum. ipse insuper, promittit postulata. tum Gerhardo, ar-
filiusq[ue], interposito jurejurando promitterent, chiepiscopo Bremensi, & Alberto, Saxo-
nunquam se captivitatem ulturos esse: nec dein- niæ duci, comitibus Suerinensi, Megapo-
ceps comitatum Suerinensem, aut Holsatiae, op- litano, & Oldenburgico, mandat seriò;
pidumve Hamburgense, sive alia circa flumen ut, si ita usus ferat, atque Dani Lubecenses ar-
Albim loca, jam Adolpho occupata, armis, aut mis petant, ipsi illis ad auxilium presto essent.
quocunque modo alio, repetituros. partem quo- Hoc responsum læti referunt, & acceptum
que comitatus Suerinensis, quam sorori sue Ide Lubecenses in occasionem celant. Nec
Guncelinus, & Henricus, dotis nomine attribue- multo pòst, cum festum quoddam, cele-
rant, cum hæc Nicolao nuberet, notho fratri, brari ad Kalendas Maji solitum, adve-
comitique Hallandie dicto, compensatione factâ, nisset, consules, & senatores, arcis regiæ
restitueret: ut nimirum totam eam ditionem suâ præfectum extra urbem astu educunt; cui
in potestate haberet; nec cujusquam Danicæ pro- Meigravium, quasi Maji comitem dicas,
sapiæ principis, à quo semper meritò metueret electuri. Inter ista, sicut constitutum erat,
sibi, dominatum illic pati cogeretur. pro argenti cives quidam, arcem ingressi, occultatis
vero summâ, donec ea solveretur, duos filiorum subter vestes armis suis, eam capiunt: ac
obsides Valdemarus exhiberet. His conditio- præfectum, mox in urbem revertentem,
nibus liber, cum in Daniam rediisset, nihil rei ignarum, in custodiam abducunt. inde
sibi prius duxit, quam ut fidem, obsides- arcem, quatenus obversa urbi, demoliti,
que, liberaret. hâc de causa, quam promi- quod supererat, in cœnobium conver-
serat pecuniam, ocyùs repræsentavit: fi- tunt; & pullatis illud monachis sacrum
liosque mox recepit, & nonnullos ordinis faciunt. Sic exuto regis Valdemari obse-
equestris viros, qui cum illis ibi manserant. quio, ad Saxoniæ ducem Albertum, prin-
ac Nicolao, Nicolai fratris nothi, uti dixi, cipesque item alios, oratores suos mittunt;
ex Idâ Suerinensi filio, cui ipse à defuncto qui & literas, quas à Cæsare impetrave-
jam parente tutor constitutus fuerat, pro rant, exhiberent; & auxilium, si res ferret,
creptâ comitatus Suerinensis portione, contra Danos postularent: tum ad bel-
tractum Hallandie borealem, ab amne lum, quod timebant, propulsandum fese
Edrà juxta Falckenbergam, tradit. Cu- parant. Valdemarus, cujus animum vehe-
piebat porrò etiam liberatum Orlemun- menter commovebat partim carceris con-
dium: verùm istud eo tempore minimè tumelia, partim & extorta Vagria, ac Nor-
impetrare potuit. Vix redierat in regnum, dalbingia, magis hâc defectione Lubecen-
& componere res inceperat, per absen- sium irritatus, illud secum reputabat, quo
tiam turbatas, cum Dithmarsi in tumul- se modo ulcisci posset. quia verò jura-
tum concitantur: sed præfetus Slesvicens- mento tenebatur, ad pontificem Hono-
is, comprehensis statim auctoribus, & oc- rium 111 ablegat aliquos, qui exponerent;
cisis, in initio repressit. ac mox multo gra- se in carcere summâ cum iniquitate ad conditio-
viùs turbatum est à Lubecensibus; qui, nes longè indignissimas compulsum esse: pete-
afficto Valdemaro, & potentia item ejus reg., ne quid his ulterius obstringeretur. isque,
vehementer imminutâ, ipsi quoque jugum odio Friderici Imperatoris, à quo gravi-
Danicum, aliquot jam annis grave, indi- ter diffidebat, fidem ejus statim liberat.
gnati, astu quodam excusseré. Ablegant neque mora; illico conscribit militem, &
ad Fridericum Imperatorem, qui expo- per Cimbriam ocyùs in Holsatos dicit.
nunt; urbem suam, olim Imperio accensam, à aderat Otho Luneburgicus, ejus ex sorore
VALDEMARVS II.

cic cc
xxvii.

Adelhedā nepos ; item à Dithmarsis copiae : quis succinctus , primo impetu Itze- hoam , aliaque Holsatiæ oppida , flammis vastat. hinc Bornhoviam regressus , obvium Adolphum Scouwenburgicum habuit , Holsatiæ , armis iterum vindicatæ , comitem , cum Gerhardo , archiepiscopo Bre- mensi , & Saxoniæ duce Alberto , Sueri- nensi , Megapolitano , Oldenburgico , ac nonnullâ Lubecensium item manu . Grave prælium , Iulii vicesimo secundo die , ad Bornhoviam committitur ; adeoque tanta strages hominum , equorumque fuit , ut in sanguine occisorum scuta pariter , galeæ- que , quodam modo innatare viderentur . ipse quoque Valdemarus , animosè inter confertissimos pugnans , altero excusso oculo , iterum in potestatem hostis vivus pervenisset , nisi quidam è militibus , equo impositum , à periculo præsentissimo libe- rasset . ac , subducto quamvis rege , nihilominus acriter pugnabant Dani ; donec tandem , ingens ad cladem momentum , & adversum fibi solem habuerunt , & Dith- marsi , ita pacti , quod præfectus Slevi- censis rebellantes paullo antè repressisset , ad Adolphum Scouwenburgicum transie- runt . capti , Otho Luneburgicus , & Ri- pensis episcopus , Thuvo ; ac Suerinum sta- tim abduicti . quorum hic , argenti felibris septingentis libertatem mox redemit : iste verò , vivo Henrico Suerinensi , nunquam liberari potuit . Memorabant Lubecenses , divæ Magdalena effigiem eo die , ipsi sa- cro , visam in cælo adjuvare præliantes : ideoque , quod victoriam ejus maximè beneficio , ut putabant , reportassent , sta- tuebant ; ut quotannis hâc de causâ , in memoriam tantæ rei , illum diem summâ pietate colerent : ac , peractis ritè sacris , eleemosynæ in egenos omnes distribue- rentur . Ita pœnas violati juramenti cùm dedisset Valdemarus , & in Daniam rediis- set , ultionem tantæ cladis , & nepotis Lu- neburgici liberationem , cogitans , iterum conscribit militem . ac , Holsatiæ repetitâ , urbem Itzehoam obsidet . Occurrabant Lubecenses , cum Adolpho Scouwembur- gico , & Henrico Suerinensi , aliisque fœ- deratis : & ad castra Valdemari sua proxi- mè metabantur , amne Storâ interjecto : qui utrosque , ne conferere manus possent ,

prohibebat . quâ de causâ Valdemarus , neque urbem expugnare , neque etiam propulsare hostem potens , ab obsidione abit ; copiasque in Dithmarsos , qui , ad hostem prælio superiore transeuntes , magna cladis causa fuerant , maximè infestas ducens , terram eorum ferro , acflammâ , populatur : ac captivos quoque multos , ad vindictam nuperæ defectionis , inde abdu- cit . Hinc regreditur Itzehoam , iterumque eam obsidet . sed , Holsatis ad auxilium occurribus , aliquam suorum stragem rursum passus , in Holsatiæ borealem arma vertens , eam vastat , & in Daniam rever- titur , ut majoribus mox copiis bellum hoc prosequeretur . Adolphus autem , & Hen- ricus , metuentes , ut resistere ipsi possent , incitant Albertum Saxonem , ut Molnam , Louwenburgum , Razeburgum , ac Saxoniæ oppida cætera , item arces , vi à Val- demaro captas , nunc recuperare velit . quod si animum induceret , operam se collatuos . atque ille , validâ coactâ manu , capit Molnam , & Razeburgum , aliaque aliquot loca , quæ obsequium Valdemari ad id tempus retinuerant . sed , cùm tan- dem Louwenburgum obsideret , fortiter præfectus restat , & è Daniâ denuò Valde- marus adest , ut Albertum dimoveret . verùm , eo in incoepâ obsidione persisten- te , loca circumjecta diripit , & incendit . porrò etiam coercendo Segebergo muni- mentum quoddam objicit : & id aliquan- diu molitus frustra , veritus , ne universas Germanorum in se vires concitaret , pe- dem refert . Inde principes interveniunt ; & præfecto , si se dedat , liberationem Al- berti Orlemundi , qui Suerini in custodiâ servabatur , curaturos pollicentur . quod cùm is ad Valdemarum perfcripsisset , at- que ejus quæsivisset voluntatem , mox re- sponsum ab illo accipit : *quoniam vix ad- duci posset , ut in arcis , quam tenebat , deditio- nem consentiret , nihilominus , ut clienti , antea fideli admodum , libertatem procuraret , id per- mittere .* Ac Albertus Orlemundius , hunc in modum liberatus , cùm à Danis dein- ceps sese destitutum animadverteret , gra- viterque etiam ab Holsatis premi , jus in urbem Hamburgensem , quod à Valde- maro acceperat , puri argenti felibris mille , & quingentis , venum oppidanis dedit . atque

VALDEMARVS II.

atque hęc est prima causa libertatis, quam
prætendunt. sed & ipsi Holsatiæ comites,
uti anteā, sic deinceps agnovere: & Al-
bertus, qui dominium beneficio Valde-
mari obtinebat, quod ex annuā pensione,
& clientela, satis manifestum erat, quod
ipsius minimè foret, neque vendere item
poterat. In Sueciā, dejectus regno Ericus
Blæsus, per sororium Canutum, & Fol-
chungos, sociosque factionis, qui Canu-
tum evehebant, postquam fugā vix in Da-
niā evasisset, opem à Valdemaro petit;
atque, eā impetratā, regnum repetit, reci-
pitque: & Canutum, prælio ad Sparse-
thram captum, capite truncat. Sicut au-
tem in Sueciā Ericum juvit, caritate erga
regem amicitiā conjunctum, & justitiā
causæ motus; ita, pietate ductus, in Livo-
niā monachis Dominicanis etiam benignè
dedit, ut Revaliæ juxta arcem, quo dein-
ceps tutiores esse possent, monasterium
sibi struerent. ac, quo id faciliūs his lar-
giretur, fecerat Romanus pontifex: qui
episcopo Mutinensi Gulielmo ablegato
inter alia illud postulandum injunxerat.
Nec contentus caritatem, & pietatem, in
extraneis exercere, domi etiam suorum
commodis prospiciendum existimavit. ita-
que è Lusitaniā filio suo Valdemaro, prin-
cipi pridem designato, uxorem petit Leo-
noram, Alphonsi II filiam: nuptiasque
Ripis celebrat, ad vicefimum quartum
diem mensis Iunii. In his nuptiis, labora-
tum à principibus, qui intererant, ut pax
inter Valdemarum, & Adolphum, inire-
tur. eaque sic constituta est; ut *Adolphus*
& *Holsatiam*, & *Stormariam*, ditiones here-
ditarias, retineret; &, si quando usus foret,
Valdemaro, suo stipendio, milites ducentos mit-
teret: ac viciſſim Valdemarus Adolpho trecen-
tos, suo itidem stipendio. Anno proximo, facra, eorumque ritus, Valdemarus ad Ro-
manæ Ecclesiæ morem totò regno emen-
davit: dirigente id negotium Othonem
quodā cardinali, quem Gregorius IX pon-
tifex ob hanc causam ablegaverat. Hinc
sequuta ingens pestis, totam Daniam per-
graffata, magnam hominum, pecudum-
que, stragem dedit. &, ut domi graviter
detriti subditi, ita foris. nam, amissio quan-
tum obsequium tamen ejus in Vandaliā

retinerent Rugiani, Trebezani, aliique il-
lic populi, magnum quoque detrimentum
maximæ eorum urbes, civibus vel Strale-
fundiam, vel Rostochium, vel Hambur-
gum, vel Lubecam commigrantibus, ac-
cepere. Quam jacturam ut negligenter,
mors effecit, primū nurus, Leonore, tum
ipsius quoque filii, Valdemari. Atque Le-
onora quidem, in puerperio, 111 Id. men-
sis Maji, exspiravit; unā cum filiolo, quem
enixa erat. Valdemarus, recreare animum
cupiens, nimio dolore pressum, ex uxoris
caræ obitu, dum venatur ad Resnesam, in
propinquâ illic silvâ, fortè ab aliquo crus-
sagittâ fauciatur: & ex vulnere item mo-
ritur, 1v Kal. Decembris. ac utriusque fu-
nus factum est Ringstadii. Luctuosus cer-
tè regi, adeoque toti regno, obitus Valde-
mari fuit: cùm de eo, si vixisset, summa
fibi unusquisque omnia policeretur, pro-
pter animi, ac virtutis, quæ in ipso enite-
bat, magnitudinem. His funeribus regis
animus adeò percussus fuit, ut deinceps,
externorum abjectâ curâ, regni terminis
contentus, in quiete vitam agere consti-
tueret. itaque, quam diu inde supervixit,
summâ in tranquillitate regnum tenuit;
maximâ cùm æquitate juris dictionem ex-
ercens, sine ullâ personarum exceptione:
tum tributa, oneraque quævis alia, partim
à se, partim item à majoribus, bellis variis,
cùm necessitas postularet, introducta, mi-
tigavit: quædam, etiam universa abolevit.
Porrò, ut quietem regni in futurum stabi-
liret, partem ejus cuique filiorum suam
affignavit: quâ, cùm vitâ functus foret,
continere se deberent. ac Ericum, ex Be-
rengariâ Lusitanâ natu maximum, proce-
rum consensu unanimi, successorem sibi
statuit; alteri verò, Abeli, Cimbriam au-
stralem tribuit, ducis titulo regendam:
tertio verò, Christophoro, Langelandiam
concessit. quam Canutus cùm teneret,
filius ex Margaretâ, primâ uxore, natu mi-
nimus, ejus loco huic Blekingiam deinceps
possidendam dedit. Istâ distributione, cùm
se pacem filiis post mortem suam relictu-
rum existimaret, nihilominus, quod &
plures prævidebant, frustra id consilium
fuit. Vti verò magis animos in concordiâ
confirmaret, proceres regni ad se vocat,
& exponit; prævidere se dissidia, inter filios

cic cc
xxxii.

oritura : quæ ut prohibere possit, ipsos iſhuc con-
vocasse, ut consilio adjuvarent, & post mortem
quoque suam hujus curæ testes essent. inde , ad
filios conversus, adhortatur ; uti pacem, sibi
honestam, regno utilem, semper colerent : ete-
nim, si dissiderent, id damnosum regno fore, ac
perniciosum ipsis. Ita ditiones se unicuiq; divi-
sisse, ut existimet, non majore æquitate fieri id
potuisse. quare porrò animis conjunctis essent ;
neque se, ac subditos suos, perditum irent. Quæ
quantumvis proni acciperent, mortuo ta-
men Valdemaro , nullo modo tenuere.
Post hæc, uti aliud suæ pietatis monumen-
tum apud subditos exstaret, Franciscanos
iterum in regnum induxit ; concessitque,
uti Ripæ ordini suo monasterium extrue-
rent : qui deinde , in majorem modum
aucti, alia quoque , & in singulis penè op-
pidis , condiderunt. utque Daniæ novum
monachorum ordinem , & coenobium
item, dedit, ita in Vandaliâ suâ novam ipse
urbem accepit , Gryphiswaldiam, exstru-
ente eam abbatte monasterii Eldenovii : ut
collatum in homines religiosos benefi-
cium , per eorum alio in loco præfulem;
isto modo compensatum videretur. Mox
incendio gravissimo triste sanè regnum
habuit ; Lundiaque , urbs in Scaniâ ; &
Roschildia, in Selandiâ ; hæc episcopi, illa
archiepiscopi sedes, penè totæ conflagra-
runt. Per hoc tempus, cùm Esthonia, dum
in carcere ab Henrico Suerensi detine-
tur , Daniæ se subduxisset , Valdemarus
hanc repetere armis statuit. Variè hacte-
nus id tentaverat ; per legatos, literasque :
sed contemptus , tandem bellum in illam
parat. quod Simplicius , eo tempore sum-
mus pontifex, postquam impeditum cupe-
ret , adjuvante Friderico Imperatore , in
hunc modum rem composuit ; ut Esto-
niam universam, insulasq; , ac provincias , ad
hanc ipsam pertinentes , & ecclesiasticam quo-
que jurisdictionem terræ Curolandiae, Valde-
marus possideret : ipsam verò Curolandiam , &
trans Dunam amnem tractum , Semigalliam,
Lithuaniam, Rigæ antistites, & Ensigeri , ob-
tinenterent. Verū illi, cùm conditiones istas,
quanquā æquas , recusarent, neque etiam
ignorarent , impares se Valdemaro , ordi-
nem Teutonicum amplexi , in ejusdem
per Borussiam magistri potestatem trans-
ierunt. Rex per ista in Vandaliā arma

cic cc
xxxiii.cic cc
xxxiv.

movet : atque varia illic loca ad obse-
quiū reducit , Rugiamque ad novum
sacramentum adigit. ac , commercia Lu-
becensium ut deinceps infestaret , Travæ
amnis ostium utrinque munit. Post haec
quies illi aliquantis per fuit ; & adspexit
filiorum matrimonia: quorum Abel, quem
australis Cimbriæ ducem constituerat , ut
Adolphi, Holsatiæ comitis amicitia com-
pararet, filiam ejus Mechthildam uxorem
cepit : ac Slesvici nuptias ingenti pompa
celebravit. quod cùm idè factum ab eo
videretur , ut majorem fratrem Ericum,
quem à patre in successione regni antela-
tum ringebatur, socii adjutus armis, me-
liùs invadere posset ; atque ipse tum Eri-
cus planè sic existimaret ; etiam ille , ut
subsidiū in hunc casum promptum ha-
beret, Iuditham, Alberti Anhaltini filiam,
sive , ut alii , Saxonis , aut Luneburgici,
matrimonio sibi junxit ; dispensante, pro-
pter consanguinitatem, Gregorio ix. Hęc
conjugia, quæ contracta magno regni de-
trimento prævidebat , ægrè admodum
ferebat Valdemarus; maximè autem Abe-
lis cum Mechthildā: docuitque mox even-
tus, non injuriā doluisse. Per hoc tempus
etiam apud Scanoram cum Norvagis di-
micatum prælio navalī traditur : sed, quæ
causa belli fuerit, quomodo, aut quām diu
gestum , quando item terminatum , in in-
certo est. Porrò Esthoniā rebellantem,
nec pontificis sententia, à triennio jam
latæ , acquiescere cupientem , vindicare
Valdemarus fatagebat : ac parabat etiam
classem. cùm magister ordinis Teutonici,
Hermannus Falcus, cui Ensigeri, arma re-
gis, uti dixi paullo antè , metuentes , se
subjecerant, capto in Daniam itinere, ad-
juvante Gulielmo , Mutinensem episco-
po , & pontificis legato, pacem orat , im-
petratque ; & Revaliam , quæque ad eam
pertinebant ; item Gerviam, Hariamque,
& Virriam, reddit : tum promittit , arcem
se Revalensem traditurum , simul arma
sua Equites , supellectilemque omnem,
atque cæterum commeatum , huc con-
vectum , abduxissent. insuper paciscitur
quoque, quicquid deinceps regionum, aut loco-
rum, Valdemarus barbaris eruptum iret, id tran-
quille possideret , sine ullâ Equitum incurso-
ne ; qui auxilium in tutelam tenerentur exhi-
bere,

Y ALDEMARVS II.

bere, nisi cum in Christianos fortè arma sume- becensibus, quām referrent; quòd aduersus Val-
rentur. in hoc casu, si non pontifex concedat, demarum maximoperè adjuvisset, arbitraba-
liberi forent. contra item, si quid ipsi unquam tur, nec semiſſem vēctigalis, quem parenti pe-
barbaris eriperent, sibi haberent; Daniaq; ad pendissent, indulgente Friderico Barbarossa, ullo auxilium itidem obſtricta eſſet. denique, quam modo denegandum, diſſidere ab iſpis cœpit.
junctis armis terram hostilem ſubjugarent, ejus illi autem reſpondebant; poſt victoriam,
duæ partes regi, tertia verò illis cederet. utque quam de rege Valdemaro reportaverant, hanc
affectionem in Equites ſuum rex oſtenderet, donationem exſtinctam: & exemptione item,
Gerviam donat; eā foliā exceptione, ne pridem adeò renovatā à Friderico II Cæſare,
munitionem illic, niſi ſe conſentiente, ullam abolitam eſſe. tum, quod beneficium collatum
ſtruant. Lundiensis quoque präful, adhor- objiceret, jam Bornholmiensi prälio gratiam ſe
tante Mutinensi, jurisdictionem omnem retuliffe; & auxilia ſubmiſſe, quanta iſpi contra regem accepiffent. Quæ dum mutuā in-
eccleſiaſticam, quæ in eam epifco po- ter fe contentione agitantes animis ex-
Eſthoniencium competebat, elargitur; re- ſperantur, mox in bellum prorupere. &
ge illud ratum habente. qui präterea pa- Adolphus, qui infestum Lubecensibus
trocinium illis ſuum, ac eorum item rebus, Valdemarum eſſe ſciret, quòd, exuto ejus
quandoquaque uſus foret, pollicetur: obſequio, Cæſari ſe ſubjeciſſent, inito cum
quæque nunc decreta eſſent, farta tecta ipſo foedere, ac diviſo, ſi fortaffe potiren-
habitum. etiam promittit de Osiliā in- tur, urbis inter ſe obſequio, terrā pariter
ſuſlā. & ut certa inter partes deinceps ami- ac mari oppidanos oppugnabat. Valde-
citia eſſet, oblivio präteriorum conſti- marus, & terreftres copias e Cimbriā illi
tuitur: qui que in pačta hæc committeret, ſubmittebat, & navales mari ducens, Tra-
is pontificis cenzuræ ſubjaceret. ad hæc vam invectus, ripam utramque, nuper à
omnia Mutinensis, uti ſuum quoque in ſe communīam, valido präſidio munit.
Equites beneficium conſerret, decimas, neque ſatis illud ratus, ut obſtruere amnis
quæ e provinciis controverſis legebantur, oſtium, & commercia impediret, plenaſ
epifcopis affientibus, ceu legati pon- ſaxis naves mergit: insuper catenis ferreis,
tificii poteſtate, his remittit. Atque hæc ex utrāque ripā ductis, oſtium claudit. Poſt
Stenbyæ acta, die V I I Id. Maji; coram hæc, classem postquam ipſe ad Varnum
rege, filiisque, Erico, Abele, & Christo- flumen, hostium confilia exploraturus,
phoro; archiepifco Lundiensi, & epis- reduxiſſet, dilatare amnis alveum oppida-
copis, Mutinensi, Rofchildenſi, Arhuiſensi, ni incepere, ut educere merſas illic naves
Borglumensi: Ioanne etiam Arnfredo, poſſent. Inter quæ Revalia adveniens claf-
Prædicantium, qui vocantur, monachorum; ac Regnero, & Alberto, ordinis ſis mercatorum, ſeu Revaliensiua ea, ſive
Dominicani antiftitibus: tum comitibus Lubecensium erat, ſive etiam Suecorum,
Glicensibus, Alberto, & Ernesto: ac Her- plenis velis vento proſpero invecta, ruptis
manno quoque Falco, ſummo Teutoni- magnâ vi catenis, portum aperit. quibus
corum equitum, & Enſigerorum item, per navibus auctis Lubecensium viribus, ani-
Livoniam, & Boruſſiam, präfecto. Re- misque, illi ſuas iſtis addunt, & in regiam
cepta hunc in modum Eſthoniā, ac Reva- classem mittunt, uno prälio mox devictā.
liā, territorioque ejus universo, rex ingen- Hinc, conſilio mutato, Daniam Valdemar-
tes copias Equitibus mittit: quibus illi rus repetit: & Adolphus, oppugnationis
Iſeburgum in Russiā expugnavere, & irritus, milite exauctorato, ab obſidione
Torpati tračtum totum, ejectis Moſchis, abit. Inde Ericus, regis filiorum maximus,
ſuam quoque in poteſtatem redegerunt: ac rex Daniæ designatus, nuptias, de qui-
tum Plescoviam, quam Gerpoldus, e dy- bus paullo antē dixi, celebravit. Valde-
nastiſ Russiæ unus, cum präſidio tenebat, marus, ordinatis universi regni rebus, cùm
obſidentes, ſibi etiam ſubjecerunt. Et hæc confuſam nimium dicendi juris rationem
gusta ſunt auſpiciis filiorum regis, Abelis, animadverteret, emendare hanc instituit.
ac Canuti. Per id tempus Adolphus Hol- pars enim, civili Romanorum jure, tunc
ſatus, qui majorem gratiam deberi ſibi à Lu- promiſcuè recepto, porrò utendum existi-
mabant;

CCXL. mabant; alii autem, veteres regni consuetudines, ac statuta item regia, legibus Valdemari I comprehensa, retineri optere contendebant. itaque, consilio certe laudatissimo, ut dissidium istud tolleret, convocato Vortingburgi regni totius senatu, leges Cimbricas, concinnatas operâ potissimum Gundii, Viburgensium episcopi, hodieque usitatas, & in quas jurare reges, cùm inaugurantur, solent, omnium consensu sancit. Scanicas, ac Sialandicas, à parente Valdemaro I latae, à Canuto fratre auctas, etiam deinceps ratae esse cupit: quæque constitutiones veteres adversarentur, eas omnes aboleri, & exuri igne jubet. Res profectò präclarissima; & quâ unâ uti maxime regnum obstrinxit, ita summam quoque gloriam reportavit. Inde ad Revalensem diœcesin ordinandam animum vertit; & Torchillo, episcopo à se electo, cùm non ita pridem decimas Vortingburgi tribuisset, mox, prefectus Eresburgum, octoginta jugera agrorum donat; aliaque item quadraginta addit, ex Vironiæ territorio: verùm ea istâ lege, ut illius loci episcopo, posteà constituendo, sine exceptione ullâ redderentur. tum electionem episcopi sibi, successoribusque, cœu fundationis jure, pro-

priam deinceps statuit: ac, si fortè aliquando contra quicquam tentaretur, se donationem eam velle irritam pronuntiat. Post hæc moritur, v Kal. Aprilis, anno regni quadragesimo, vitæ septuagesimo primo: & Ringstadii sepelitur. Erat princeps, cùm amplissimo dominatu, tum victoriis multiplicibus, propter quas Víctoriosi cognomentum acquisiverat, nulli anteà Daniæ regum postponendus. nam Ethoniam subjugaverat, & Livoniam, Curolandiam, ac Borussiam; insuper & Pomeraniam, ac Megapolim, cum Holsatiâ, Stormariâ, & Dithmarsiâ, Vagriâque: etiam Lubecam urbem, & Louwenburgum. sed hanc tam ingentem gloriam adulterio offuscavit: cuius Deum satis manifestum ultorem est expertus. cùm, rex longè potentissimus, filiusque Valdemarus, jam successor designatus, à Suerinenfi comite, qui nequaquam viribus cum illo comparari poterat, suo etiam in regno, ad opprobrium multo majus, astu capit, & abductus, sub custodiâ detinetur: nec dimititur, nisi maximo, quod à nobis anteà commemoratum est, liberationis pretio. nec consilia ejus ulla ferè inde eventum prosperū habuere. quin in prælio ad Bornholmiam, altero amissio oculo, vix evasit.



HISTORIÆ

DANICÆ

LIBER II.

In quo res Erici vi, Abeli, Christophori i, & Erici vii.

RES Danorum, quæ piscaturam dum exercent, comprehensi, erectæ hactenus steterant, bello fratrum intestino labefactæ, cecidere, nam, diviso inter filios principatu, quam concordiæ causam forte existimabat Valdemarus, odiis dedisse ansam, ac gravissimo inde bello, res ostendit. Id portendit & eclipsis quædam solis, mortem regis Valdemari subsequuta eodem anno, ad tricesimum diem Octobris, adeò ingens, ut meridie quoque ipso circa solem stellæ clarè apparerent. Rex Ericus, mortuo patre, regnum adiit, annum ætatis quintum & viceustum agens. Prima illi cura fuit, Nordalbingiam, Vagriamque, regno Daniæ, unde eæ avulsæ erant, restituere. quam ad rem cum fratrem Abelum hortaretur, ut conjungere operam vellet, & ulcisci contumeliam, quæ, illata pridem patri, ad ipsos etiam pertinere, infesto in fratrem animo, & necessitudine affinitatem multo potiorem habens, cum adversum se ostendit, tum & foedus cum Gerhardo, archiepiscopo Bremeri, Guncelino Suerineni, aliisque, patris olim hostibus, ferit. Duxerat uxorem Abelus, ut supra à me dictum, filiam Adolphi Holsati, qui, monastico sumpto habitu, filios Abelo suos, tum Lutetiæ in Galliâ studiorum causâ absentes, commendaverat: itaque, supremam saceri voluntatem sibi exequendam ratus, suam his hæreditatem, sibi creditam, vindicare animum induxit. Et in bellum anno proxime infecto res erupit, incitante etiam Machtilde uxore, initio à Lubecensibus, ut quidam volunt, facto, qui, in Daniâ

ac mox dimissi, postquam domum redissent, classe raptim comparata, Hafniam, Selaniæ metropolim, petunt; atque arcem expugnatam solo æquant: ac Lubecam, prædâ onusti, se recipiunt. alii trident, Abelum, subinde ab Erico monitum, ut officii, quo obstringeretur sibi, atque regno item Daniæ, meminisset; ac necessitudinem quoque cogitaret, & paternam ignominiam, quæ affectus pridem ab Adolpho esset: ea siquidem pariter utrunque tangeret, animum, ac vires, jungeret: illum tamen nihilominus, & consilia separasse, & suasisse Lubecensibus, quando de eorum quoque libertate, quam minutam frater cuperet, ageretur, uti classe ipsa regni penetralia infestarent: at Eri- cum, magno exercitu coacto, cum ad promontorium, Coldingæ adjacens, Eldene- sum appellatum, copias exposuisset, obvi- um Abelum sibi habuisse, cum insigni admodum manu, ex Holsatiâ, ac finitima Germaniâ. & cum res in eo esset, ut com- mitteretur prælium, principes Germanos quosdam intercessisse; atque bellum, gra- viter fratres collisurum, pace factâ termi- nasse. etenim metuisse ipsos, ne Ericus, si viciisset, & Holsatiâ subjugaret, & Adolphi liberis ereptum iret: cum potissimum Otho quoque Luneburgicus, & Saxoniæ dux Albertus, aliquique, arma sua pro Erico collaturi dicerentur. itaque sic conve- nisse; uti fratres mutuo inter se animo dein- ceps agerent; & è Galliâ, ubi tunc commora- bantur, duo filii Adolphi vocarentur, regimengi Holsatiæ suæ ipsi caperent. Ita constitutam pacem, ac firmatam sacramento, etsi mi- nimè constantem, auctores produnt. ac, conciliatis fratribus, principes iidem etiam

ERICVS VI.

Cc 4

Gunce-

cic cc
xlii.

Guncelinum Suerinensem, & Burevinum item Megapolitanum, qui Abeli partes juverant, in Erici gratiam restituerunt; eâ lege, *ut se illius ipse dederent in clientelam, beneficioq; ejus principatum quisque suum retinerent: atque ille se patronum his benignum exhiberet.* ac deinceps certè in fide permanfere: quia & filiam Erici Margaretam Burevinus paullo pòst uxorem acceptit; filiosque ex eâ sustulit, Henricum, Ericum, & Valdemarum. Post conciliationem, ductus pietate Ericus, cùm Naschoviæ in Lalandiâ forte ageret, episcopo Revaliensi censum auget, præcipitque; ut ad morem Torpatensis erga subditos se gerat, idque in adventū suum in Esthoniā. Mox duorum monasteriorum incendia, unum Holmiæ in Fioniâ, alterum Roschildiæ in Sialandiâ, iterum accensum iri inter duos fratres bellum, clarè præ-significarunt. etenim, ducatum Ericus Slevicensem Daniæ regum beneficio obtineri cùm contenderet, ideoque fidem obsequii, ac jusjurandum in hoc ipsum postularet; ac negaret id Abelus, & hæreditarium sibi à parente datum obtenderet, iterum ad arma ventum est. Erant sua utrius auxilia; & Ericus, Ripæ, aut Coldingæ, agens, inde Cimbriam australē excursionibus infestabat: ac vicissim Abelus Daniam, insulasque objacentes, invadebat. Verū iste quoque motus per vicinos principes non multo pòst compofitus fuit. Vere novo synodum Othoniæ indixit Vffo, archiepiscopus Lundiensis, convocatis regni Daniæ episcopis, & eorum suffraganeis; ac, præter Othonensem, cuius dioceſis erat ad conventum hunc electa, advenere Roschildiensis, Viburgensis, Arhusiensis, Borglumensis, Rippensis, Slevicensis. accedebat & Ioannes Placentinus, à pontifice legatus. hic, quod Leo olim sanxerat, & Gregorius quoque ix apud Danos itidem valere jufferat, constitutum; qui per vim ecclesiæ bona occuparet, aut per fraudem interverteret, quive etiam ceremonias contemneret, is ut sacris, nullo etiam respectu dignitatis, atque ordinis, arcetur. atque hoc diebus festis quibusunque, per presbyteros, aut ecclesiarum antistites, lingua Daniâ populo proponeretur. Erant, qui existimarent, hoc decreto etiam notari prin-

cipes; & Ericum item regem, & Abelum fratrem in primis; quod dum mutua inter se exercent odia, multa ipsi, militesque, in res sacras commisissent; insuper hominibus ecclesiasticis onera imposuissent: quæ cùm ferre minimè episcopi possent, neque tamen prohibere, opem tandem hunc in modum à pontifice implorasse. Illud constat, post hanc synodum, cùm Roschildiensem episcopum rex gravissimè divixeret, ipsum, munere abdicato, in Norvagiam, atque inde porrò in Galliam, in cœnobium Clarævallis, ubi quarto exilii voluntarii anno diem obiit, secessisse: regem verò, omnes dioceſeos redditus mox in fiscum redegisse. quare cùm invidiam fibi maximam conciliaſſet, ei deinde Lundiensis archiepiscopus etiam sacris interdixit. qui & ipſe indignationem metuens, cùm se ei declinandæ ad tempus aliquod regno excedens subduxifſet, posteà revertit tamen, & gratiam recuperavit. Inter ista, cùm Concilium Lugduni Gallarum Innocentius i v pontifex indixifſet, & Ericum quoque regem, ac episcopos regni Daniæ, advocasset, is, cùm, bello adversus fratrem jam exorto, nec adesse ipſe posset, nec episcopos item mittere, præpositum illuc Lundiensem, & archidiaconum Arhusensem, qui & suam, & illorum, ibi vicem sustinerent, ablegavit. ubi amoto ab Imperio Friderico, successorem ei Ericum, si in Galliam advenifſet, constituere voluisse Innocentius memoriatur. quod Gregorius quoque ix ante eum, vivo etiam Valdemaro, &, ob principum dissidia, dehortante, animo agitasse traditur. Eo ipſo quoque tempore Esthoniae praefectus regius, cum legatis equitum Teutonici ordinis, in Daniam appellens, nuntiat, Neogardiæ Russicæ ducem Alexandrum & Plescoviam occafionem, &, præſidio postquam eam muniſet, nihil amplius conatum, recessisse: nec prudentis arbitrari, hostem, ultro ad quietem abeuntem, inconsultè persequendo revocare. id cùm regi, & Abelo, probatur, copias dimittere placuit. militem que Abelus suum illicè Slevicum ducit; & rex legionem unam, per Estholmiæ limitem distribuendam, ad arcendum, si extiteret fortè, hostem, ordinis magistro mittit.

ERICVS VI.

cic cc
xliii.cic cc
xliv.cic cc
xlv.cic cc
xvii.

mittit. Hinc Ericus, qui irascebatur gra- nam insulam deportatum, Stegæ inclu- cīo cc
 viter Lubecensibus, quod in bello contra dit. qui à Lubecensibus tamen paullo xlvi.
 Abelum classe Daniam infestassent, ulti- pōst in libertatem, captā arce, restituitur.
 onem, quando factā pridem pace minimē atque, ut illi strenuè Abeli partes adjuva-
 comprehendenterentur, animo agitans, quot bant, ita regis è Vandaliā Guncelinus, alii-
 quot ex his intrā regni sui fines versaren- que illic principes, in auxilium, quod de-
 tur, manū univerſis injici, & abducī in bebant, advocati: &, irruptione factā in
 custodiam, atque naves detineri, fine ex- Holsatiam, expugnatā Oldefloā, spolia
 ceptione jubet. tum, quo commeatum opima admodum abduxerunt. Abelus ve-
 illis interciperet, mīſā classe, Travæ am- rò, fratres profugos secum ducens, Cim-
 nis ostium claudit, & utrāque ripam mu- briā australi ferè universā occupatā, Ri-
 nis infestabant. ac jungebat se Holsatus, co- pam capit, & in eā Eschillum episcopum,
 piisque à Bremeri archiepiscopo auxi- ac domesticos regis aliquot: item duas
 liares procurabat. sed hoc bellum, per in- ejus filias, Sophiam, & Ingeburgam. quas
 dicias compositum, vix desierat, cūm se- abductas in Holsatiam, Segebergæ totos
 quente rursum anno inchoatum inter fra- novem menses servat. Vetlam insuper,
 tres est dissidium. nam Ericus cupiebat, Randerhusiamque exurit: ac vicina quæ-
 ut ducatum Slesvicensem suum Abelus que loca populatur. at Ericus, qui Lalan-
 beneficiū, velut cliens, non hæreditati- diā Christophorum, Falstriāque, jam ex-
 tem haberet: nec Blekingiam Canutus uerat, ac Blekingiā Canutum, retrò fle-
 jure alio possideret; nec Christophorus ctens in Fioniam, Arreschoviam expu-
 Falstriam, Lalandiamque: Abelus insuper, gnat; &, in Cimbriam porrò ducens, Ri-
 qui plus cæteris accepisset, etiam Suine- pam recipit: plurimosque illic nobiles, qui
 burgo cederet, quod hæreditarium erat. Abelο militabant, comprehendit, & in
 sed respondent universi, se à patre Valde- Sialandiam mittit, in custodiam affervan-
 maro has provincias non ut beneficium dos. mox ducatum Slesvicensem graviter
 quoddam, regno obnoxium, sed hæredi- vexat: & Coldingam, Haderleviam,
 tam certam, liberamque, accepisse: ita- Abenradam, aliasque illic urbes, vicos
 que oratum cupere, ut omittaret contro- item, atque arcēs, circumjectas, pariter
 versiam, nec quietem possidentium per- igne, & ferro, vastat. quæ utrinque dum
 turbaret, aut supremam patris sui volunta- aguntur, tandem anno exeunte, ad diem
 tem irritam ficeret. se paratos, fratri regi duodecimum Kal. mensis Ianuarii, pax sta-
 cultum omnem, quem debebant, exhibe- tuitur; ac captivi, & in his Erici filiæ, ob-
 re; mutuamque amicitiam illibatam con- sidesque, dimittuntur: placuitque demum
 servare. ac, Erico renitente, foedus ineunt, Erico, uti Petrus, ecclesiæ Arhusiensis
 arma parant, & non paucos ē nobilitate archidiaconus, eo ipso episcopatu, quo
 regni adjutores belli habent. neque dee- non ita pridem illum, ob gentilium poten-
 rant episcopi; quorum animos male ha- tiam, studiumque in Abelum, prohibue-
 bebat, cūm exilium Nicolai, antistitis Ro- rat, potiretur. Sed non diu pax hæc stetit.
 schildiensis, tum redacta in fiscum bona cīo cc
 ecclesiastica. Abelus autem, factā in Fio- quippe vere anni proximi denuò bellum
 niam impressione, cūm Othoniam, urbem inchoatum est, cum ingenti partis utrius-
 insulæ primariam, exussisset, atque Suine- que clade. Lubecenses, quique illis fœ-
 burgum suum muniisset, obvium Ericum derati, terrā pariter marique incursantes,
 habuit: qui & captum itidem Suinebur- urbem Hafniam incendunt. ac Vandaliæ
 gum incendit, & Christophoro creptam rursum principes, qui Ericum sequeban-
 Falstriam, Lalandiamque, regno adjecit; tur, in Holsatiam irrumpunt: sed, Abelο
 ipso pulso, profugoque ad Abelum. hinc illis se objiciente, & Ioanne, Holsatiæ co-
 regressus in Blekingiam, etiam illam redi- mite, pedem referunt. quæ dum fiunt, rex
 git in potestatem; & Canutum, in Mo- Ericus agrum Slesvicensem invadit: &
 ERICVS VI. Christophorum, cum exercitu occurren-
 tem, cædit, ac captivum abducit. inde op-
 primit Flensburgum; &, injecto igne,
 vastat:
 27

vastat: ac ducatum penè totum popula- provocaverat: insuper, Abeli etiam par-
tur. hinc, duobus captis fratribus, & ob tes sequens, perduellem se ostenderat.
id nobilitate quoque adversâ, ut occurre- Abelus, cùm Slesvicum urbem amisisset,
ret invidiae, alteri ex his Christophoro, si ut auxilia compararet, ad Gerhardum,
redire ad obsequium, ac tueri suas partes archiepiscopum Bremensem, profici-
animus induceret, reddere libertatem tur; qui & copias subministrat, & se co-
statuit: quin, ut magis eum obstringeret, mitem expeditionis præbet. adjuvabat
insulæ Fimbriæ præfecturam, nuptiasque quoque Simon, episcopus Paderbornensis;
Margaretæ Pomeranæ, filiæ Sambirii du- tum Ioannes, ac Gerhardus, Holsatiæ co-
cis, pollicetur. nec difficilis Christopho- mites, ambo affines: aliquique item prin-
rus, accipit conditionem; & in fratribus, pes, è Saxoniâ vicinâ: &, qui nunquam
tam honestè invitantis, partes transit. inde, deferuerant, Lubecenses. horum ope cùm
cùm allatum esset, ab Holsatis conveniri Slesvicum recepisset, Cimbriam quoque
Vapenfeldiæ, illico Ericus ipse cum Chri- totam vastat, & Coldingam validè munit.
stophoro huc contendit, oppidumque in- sed, adveniente Erico cum exercitu in-
opinatò oppressum evertit, ac nobilium genti, mox auxilia diffluxere: ac, sororio
primarios in captivitatem abducit: qui- potissimum Brandenburgico, item Saxone,
bus tamen libertatem, pretio dato, mox & Ioanne quoque Holsato, sedulò rem
restituit. Dum hæc fiunt, Lubecenses adjutantibus, denuò tandem bellum pace
regni oras infestare, & ingentem prædam commutatur. Anteà illi per legatos, lite-
abigere, nuntiantur. itaque retrò copias rasque, aliquoties id tentaverant; verùm,
ducens, hos ad Oresundam invadit, dissi- obnitente Erico, & jūs suum porrò urgen-
patque; & onustas spoliis suorum naves te, frustra fuerant. itaque ipsa Brandebur-
quatuor capit. Hinc ad Fimbriam adna- gici uxor Sophia, quam non rectè Iudi-
vigans, eam, ejectis Holsatis, suam in po- tham nonnulli dicunt, grida tum, ac pro-
testatem redigit, ac Christophoro fratri pinqua etiam partui, ut conciliaret fra-
tradit: & cùm eâ, ut promissum, anteà tres, iter in Holsatiæ capit: & Flensbur-
commemoratum, adimpleret, evocatam gum vix attigerat, cùm in partu vitam, ac
è Pomeraniâ filiam Sambirii ducis, Marga- conatum, perdit. nihilominus, qui cum eâ
retam: nuptiasque magno apparatu cele- venerant consiliarii, à marito ipsi adjuti, ac
brat. Per id tempus in Holsatiæ ipso limi- legati principum quoque aliorum, adju-
te arcem adhuc Rendesburgum regis no- tante rem Vffone, archiepiscopo Lund-
mine cum præsidio tenebat Henricus Mel- ensi, atque regni senatoribus, tandem in
dorpius, vir Dithmarsus natione, animo, hæc capita conventum fuit; ut ducatum
& manu, promptus. huic clam Ericus Slesvicensem Abelus Erici beneficio retineret,
mandat, ut Slesvicum, dum Abolum ipse cum perpetuâ obligatione obsequii; ac Blekin-
alibi distineret, intercipiat. isque, uti jussus giam Canutus eodem modo possideret: queque
erat, noctu Rendesburgo egressus, cum creptæ utrobique urbes essent, sive arces, aut
militibus expeditis, improvisò, antequâm munitiones aliae, redderentur. insuper, qui in
arma cives caperent, urbem invadit, oc- partibus fuerant, & in primis Lubecenses, comi-
cupatque. Inerat Abeli filia; quæ, dum tesq; ambo Holsatiæ, pace istâ fruerentur. quam
cuncta miles diripit, cùm se ægrè aliquan- deinceps ratam fore, pariter rex, & Abe-
diu occultasset, posteà, mutatâ veste, ac lus, mutuo se juramento obstrinxere:
penè nuda, vix evasit. Rex, Slesvicum etiam viginti obsides è nobilitate dantes,
captum intelligens, eò properè conten- qui, alterutro turbante, paci addictum
dit: & ejecto episcopo Eschillo, atque junctis armis tuerentur. Res hæc gesta
bonis item ejus publicatis, ex arbitrio in fine anni; qui, ut pace constitutâ latus
cuncta statuit, ordinatque. Hic Eschillus fuit, sic initium sequentis Sophiæ sponsa-
& episcopatum acceperat, sine regio con- lia exhilararunt. Hanc Ericus, filiarum co-
sensu; ac, quod majus, à Bremensi archie- natu maximam, desponsavit Valdema-
piscopo se inaugurarari passus, alium domi- ro, Sueciæ regi: cui nupsit posteà anno
num capiendo, multo gravius iram Erici ccc LXXII. ac sponsalia celebravit
Ienecopie

Iene copiae , permagnifico apparatu , & inferiores facti, Lundiam, vbi rex conven- cū frequentiā gentis utriusque summā : dos- tum indicebat , quosdam ē suis mittere xlix.
que dicta , Treleburgum , ac Malmogia- jussi , mox tributum , & argenti quindecim
tum , quę alia ex paternā hæreditate debe- felibrarum millia , mulctæ nomine impe-
rentur. Inde Ericus , cùm Roschildiam perata , pollicentur. Inde rex cum justā
regni proceres convocasset , aperit consi- classe , copiisque , in Esthoniā proficiisci-
lum suum , de Esthoniā invisendā. etenim tur : quò cum posteā appulisset , ad res
religionem ibi propagandam esse ; tum negotia omnes ordinandas animum vertens , leges
item alia pertractanda. insuper , curandum quo- condit : quibus pariter ecclesiæ , atque ur-
que , uti loca , à majoribus occupata , quò in fide bres , uterentur. tum nobilitatem quoque
melius retineantur , amplius communirentur. loci vocans , fidem poscit , & in illam jusju-
neque sibi committendum , uti suā negligentiā randum. hinc signatis cruce mandat per
hostium in potestatem ea aliquando redeant. Borussiam , ut Esthoniā , quæque in Livoniā
prater hæc & disceptandas subditorum contro- ipse possideret , suæ deinceps curæ , ac tutele , tra-
versias , longo tempore agitatas : siquidem tri- derent. ad quæ illi respondere ; gnarum sibi ,
cesimus jam annus esset , ex quo pater Valdema- nihil juris in Esthoniā se habere , nec præten-
rus rebus inde ordinatis rediisset : qui consti- dere item quicquam : quod Livoniā attineret ,
tuisset tamen , id quotannis faciendum : & in quæ ipsius illic essent , ea itidem permettere ; dum
hanc rem à pontifice crucem albam , quam nunc adversus barbaros hæc tueatur : ac provideat ,
inter regni insignia conspicuntur , accepisse : ideo- ne quid orbis Christianus detrimenti istic capiat.
que haud parum item isto nomine se teneri. quā Ordinatis ita rebus , cùm in Russiam rex
de causa , cùm id planè decrevisset , vacuo per dueturus putaretur , nocte quādam asti-
bella intestina ærario , postulare , uti sibi in ne- tisse dormienti Venceslaus memoratur ,
gotio , planè sancto pariter & necessario , extra dux Bohemiæ , quem Bohemi , à fratre
ordinem , nummum unum ex aratro unoquoque Boleslao Sævo interfectum , ob virtutem ,
concedentes , subvenirent. Faciles petitioni inter sanctos tunc colebant : ille autem ,
huic regis proceres se præbuere ; verū plebs tumultuata : & episcopi , quanquam fratri nomine compellatum , bonum ha-
id largito anteā , adjuvandæ pietati , Inno- bere animum jussit ; nam se Venceslaum
centio pontifice , ægrè partem decimarum esse , quem colendum sibi deinceps con-
ecclesiasticarum quartam permisere. ac , stitueret : ideoque accessisse , ut moneret ;
cū recusare ipsi non auderent , plebem sicuti à fratre suo ē medio sublatuſ effet ,
clanculum ad obsequium , & tributum , de- ita fore , ut & ipse tolleretur. cupere vero ,
negandum , concitārunt : quæ & regem uti sibi monasterium illic conderet . & Eri-
per contemptum Plochpenningum , ceu cū reputabat ; ac , cùm id episcopis expo-
Aratri-nummum dicas , appellabat. Ita- suisset , quisnam esset Venceslaus , inquire-
que quæstores regii , cùm in Scaniā , ad bat . quibus & virtutem viri , atque cæ-
tributum exigendum , accessissent , pessimè dem , referentibus , sibi quoque metuen-
ab illā habiti , vix proterviam evaserunt. dum ab Abelo fratre statuit ; & Padisium
quin & rex , cùm , his acceptis , ocyūs ipse cœnobium , quod mandaverat , sine morā
trajecisset , Lundiamque ingressus esset , ad Revaliam condi jubet . sed incoepsum ,
aliquid majestatem suam ad tumultum haud exstruxit ; prohibentibus negotiis ,
componendum valitaram arbitratus , iti- quæ in Daniam revocabant . ac reversus ,
dem protervè exceptus , se periculo sub- 111 Id. Septembris , dat diploma ; quo
ducere , clanculumque Elsingburgum pe- testatur , se largiri episcopo Revalensi octogin-
tere , coactus fuit . sed nec illic stetit furor ; ta agri jugera ; eaque ē septem villis , urbi proxi-
elapsus , in adversam Sialandiam vix eva- mē adjacentibus . tum & alia quadringenta , in
fit . quā re ipsi intellecta , obsidionem omi- viromia ; quæ Vironiensi episcopo , posteā consili-
fere . ac cum magnis copiis mox revertenti tuendo , sine ullā contradictione traderet . Inter
occidentes , acri prælio decertant : quo ea , quæ Ericum ab Esthoniā revocabant ,
ERICVS VI. maximum erat Rendesburgum ; quod Holsati , ceu ex nuper constitutæ pacis
lege ,

lege, quæ jubebat suum unicuique reddere, repetebant. verum recusare Ericus; & negare, eâ lege, que superiore tantum bello capta intelligebat, se teneri: illud autem, multo antè à Canuto rege, patruo, Daniæ adjectum esse.

Et, utrinque in sententiâ persistentibus, denuò bellum est inceptum. in quo cùm episcopi, Paderbornensis, & Bremensis, uti etiam Lubecenses, pro Holsatis arma ferrent, Abelus, ceu in alienâ controver- siâ, pacis studium simulabat. ac jam præ- ceps æstas erat, cùm Holsati obfidere ar- cem parant, quam Meldorpius tuebatur. & Ericus ad auxilium accurrebat: ubi eam liberasset, ducere in Frisos certus; & ex- igere illic censum, per superiora bella de- negatum. inde autem, in Dithmarsos co- gitabat: qui, transgressi ad Bremensem, se obsequio subtraxerant. cùmque ad mu- nitionem Danewircam, ceu *Danorum opus* dicas, pervenisset, ac postridie prælium constituisset, ad Abelum è propinquo in- tervisere, proximamque apud eum no- ctem agere, animum inducit. & quan- tumvis semper visum, quod objectum in Esthoniâ retuli, obversaretur, tamen, fra- tri jam conciliato fidens, fato impellente, pergit. & Abelus venientem, vultu ad be- nevolentiam comparato, blandè excipit. inter coenam, queritur, *invitum se in bellum trahi*: & optare, quicquid vitæ superesset, id in pace potius agere, atque à sanguine Christiano effundendo deinceps abstinere, posse. itaque ro- gatum cupere, ut se arbitrum controversiae com- ponende interponeret; & affines ad colendam porrò secum amicitiam hortaretur. id se cupere enixe; & discedere ab armis, quæ invitus ac- cepisset. ac promittit operam Abelus suam; & finitâ inde coenâ, ad latrunculos invi- tat, cum Hermanno Kerckweidero, aulæ suæ sectatore, sceleris patrandi gnaro. hinc, proiectiore nocte, litem incipit; & expostulat, de illatis bello præcedente damnis: tum improperat, quod, *Slesvico occupato*, filiam prefectus eò redegisset, ut & occultare sese inter virgines plebejas aliquandiu cogeretur; & mox, vili induita amiculo, pedi- bus discalceatis, vix evaderet. ad quæ cùm Ericus diceret, ne tam iracundè ageret: ete- nîm, per Dei gratiam, esse sibi, unde filiæ cal- ceorum pretium representaret: atqui, inquit, non hoc volo; sed efficiam, ne deinceps tale ali-

quid admittas. inde, comprehendi jussus, in conclave quoddam abducitur: atque illinc mox in cymbam, à Tychone quodam Bostio, Abeli cubiculario. qui vix solverat, cùm Lago Gutmundus sequitur, eques Danus, sed Erico infestissimus, profugus que ad Abelum. hic, cùm sequuturus es- fet, ex Abelo percunctatur, *quid Erico factum velit*: atque, eo respondente, *Age- ret, quod videretur*; aliâ consensâ cymbâ, præcedentem in Sliæ amnis freto assequi- tur. rex, cùm cymbam insequentium, & ad properandum voces exhortantium, exaudiret, ex præsentibus, ecquem sequi existimarent, quæfivisse memoratur: ac, cùm hi Lagonem dicerent, quem sciebat admodum infensum sibi; *quæso*, inquit, *fa- cite copiam sacerdotis, cui me supremum expiem: etenim, ut mortem evadam, fieri non posse vi- deo*. simul Lago, cymbam applicans; *Nunc, Erice, moriendum tibi puta*. & is, statim ad- vocato è propinquo sacerdote, animæque curâ habitâ, circumstantibus; *Minime, in- quit, ignorabam, mortem mihi ab Abelo im- pendere*; verum, eum adeò festinaturum, nullo modo arbitrabar. *equidem, ob peccata mea, non injuria nunc morior*: *sed nec ille, nisi scelus tempestivâ pænitentiâ emendaverit, meliorem vita finem est habiturus*. quibus dictis, eum Lago gladio feriri jubet; ac cadaver, sicut erat ferro onustum, additâ saxorum mole, quo demergeretur magis, statim in subje- ctum Sliam præcepis dari. id patratum eâ nocte, quæ præcessit diem decimum Au- gusti. ac bimestre ferè tempus præterierat, cùm cadaver cæsi emergit, & natare in amne incipit, capite cervici suæ è pellicu- là adhærente: quæ res parricidium prodi- dit. nam facinoris pudore Abelus ductus, falso in vulgis rumore spargi jussérat, tra- jecturum multâ nocte ad exercitum, cùm in scapham temere plures infilirent, eâ eversâ, periisse. Ferunt regem, jam cer- vicem percussori præbiturum, inquirenti nomine Abeli cuidam, *Vbinam thesaurum haberet, respondisse: eum se in cistâ quâdam, ferro valide munitâ, in canobio Roschildiensi, quod Minorum Fratrum dicerent, abdidisse, & inventum illic iri*. idque creditum Abe- lo; quod Ericus & fundasset hoc coeno- bium, & redditibus plurimis locupletasset. verum, eâ mox apertâ, nil inventum, preter vestem

cc. vestem monachalem : in quâ sepeliri se invisæ leges erant, comparaverat. bis Im-^{cic cc l.} omnino velle , in apposita illic scheda te- perio destinatus ; nisi & consilium patris, stabatur. ea autem scripta erat , & sigillo quoque ipsius confirmata, anno cīo cc xli, & fortuna quoque sua , tenuisset. in ordi- nis Nonis mensis Junii , coram conjugi reginâ , & in id consentiente ; ac Vlrico, ejus loci cœnobitâ ; & Petro, fæcere dote suo. Sic Abelus , post Ericum summo sce- lere imperfectum , pro thesauro , quem speraverat ingentem , nihil repperit , præ- ter vestem , quam jam dixi, monachalem; ac sepulcro destinatam. nam ærarium, per tot bella, & munificentiam summam, erat certè adeò extenuatum, ut pecuniæ signa- tæ, præter felibras quadraginta , aureof- que item duos , nil Abelus inveniret. ve- rum opes facile contemnere poterat , qui mox , nimium parricidii sui præmium , re- gnum accepit ; quod haud diu tamen te- nuuit : uti solent , qui quid malè paravere.

Neque defuit percussoribus ultor Deus.

quippe Lago , cum coronâ regiâ Abeli profugus, aliâque supellectile pretiosâ, ab Holsatis imperfectus , vitam , admodum sceleratam , miserè finiit. Kerckweide- rum , dum venatur , rusticus quidam ob- truncavit. Aderant Abelo item duo epi- scopi ; sceleris , ut ferebatur , incentores. ex his etiam Iacobus, Othoniensis, ab Eri- co pridem in exilium actus , haud multo post mœrore animi, ex facinoris conscienc- tiâ, diem obiit : & Eschillus, Slevicensis, per Abelum paulo antè ab exilio revoca- tus , à Gerhardo Holsatico captus , & in- clusus Segebergæ , vitam illic ipsâ morte tristiorum deinceps egit. denique & ipse Abelus, postquam regnum haud biennium tenuisset , ab inconditâ rusticorum multi- tudine plurimis vulneribus confossus ce- cedit: avibusque aliquandiu infespultus esca fuit. Erici corpus fluitans , à monachis in terram attractum , in ædiculâ monasterii properè sepultum fuit. sed mox, ubi id in- notuit, Slevicum adduci jussum ab Abelo, ibi in S. Petri æde tumulatum ; inde , post excessum ejus, à Christophoro successore in Selandiam translatum est : & Ringsta- dii, digno rege apparatu , inter cætera re- gum monumenta conditum. Erat prin- ceps , in quo plurima prædicares ; probi- tate , & justitiâ in subjectos, juxta clarus : odiumque , & invidiam, apud plures, quis

igitur , fratre Erico per infandum scelus cæso, regnum occupat. quippe ille, nullos liberos reliquerat: & hic , fratrum natu maximus, regno proximus censebatur. in super metuebatur , si excluderetur forte, quod meruerat parricidio , ne ducatum Slevicensem , quem tenebat , separaret ; atque regni majestatem , hoc detracto, vehementer imminueret. etiam in ipso regno, in Sialandiâ , Scelfiscoram ; in Fioniâ , Suineburgum , jure hæredis posside- bat : quæ conjungi è ratione iterum re- gno posse videbantur. arces item, oppida- que , quæ utrinque capta essent , ita resti- tutum iri sperabantur. denique , cùm sibi Holsatos vinculo affinitatis conjunxit, & externos regno hostes concitasset , ne- mo bello componendo magis aptus cre- debatur. ac præterea , datis ad senatum literis, causam ipse suam agere, & de mul- tis fratrem Ericum accusare : tum testari, illum nullo suo scelere, verum casu, pluri- bus in scapham ejus temerè insipientibus, periisse. Hæc cùm reputarent proceres, regem sibi necessarium potius , quād di- gnum, creant, ipsis Novembris Kalendis. quod dum agitant, ille, ut facilius electio- nem impetraret , à Bremensi ac Padebor- nensi episcopis, & comitibus item Holsa- tiæ, postulat, uti discedant Rendesburgo,

satis

ciō cc L. fatiæ comites pertinere contendebant. at- que isti, qui hunc maximè regem vellent, ut negotium inchoatum promoverent, haud gravatè ab obsidione abeunt, ac duo- decim ordinis equestris viris controver- siam permittunt. Abelus autem, simul rex electus esset, viros ex equestri ordine, maximæ auctoritatis numero viginti qua- tuor, sibi adsciscit: & his juramento affir- mat, nullo modo à se fratris cædem impe- ratam esse: sed ignaro, & invito, perpe- tratam. Hinc, comitia Roschildiæ ad na- talem Christi habens, fidem procerum sibi juramento obstringit; & iisdem sua quoque privilegia, & imunitates, firmat: ac insignia regni accipit ab Vffone, archi- episcopo Lundensi. tum indulget multa urbibus, ac coenobiis; & imprimis Ebel- toftæ, & Efrumo, in Sialandiâ: quæ in usum, pridem abrogata, revocat. Vehæ etiam, in Scaniâ, ordinat tributum suum, pro agrorum ratione. ac Roschildiæ dum moratur, in depositum Erici, quod is in minorum fratrum monasterio reliquisse se Lagoni percunctanti verbis ultimis re- sponderat, dicitur inquisivisse: atque ci- stam quidem illic invenisse, benè ferro communitam, & in eâ pro thesauro ve- stem quandam monachalem, cum appo- sitâ illi chartâ; quâ se sepeliri velle in hâc ipsâ, vitâ functum, testabatur. itaque de- lusus, doluit; magis etiam, quod interfecisset fratrem: quem & regno ipsi cedere, & in veste monachali vitam agere, sta- ciō cc LI. tuisse deprehenderet. Auxit hunc dolo- rem casus alius, mox subsequutus; Deo regnum, parricidio paratum, ipso statim in principio sat apertè castigante. Valde- marum, filium suum, quem Lutetiam stu- diorum causâ miserat, cùm sub illud forte tempus revocasset, ut ducatum Slesvi- censem, quem Christophorus tunc frater ambiebat, illi traderet; isque jam in redi- tu esset, & Coloniam advenisset, manum injicit archiepiscopus, detinetque, unâ cum Trugillo Vittio, quem addiderat in- spectorem: nec dimittitur, nisi exacto quadriennio, ipso jam à Frisiis cæso, libe- rationem ejus procurante Ioanne Holsa- to. Præter filium, quem è Galliâ, uti dixi, infeliciter revocaverat, Eschillum quo- que, Slesvicensium episcopum, ex Italiâ,

quò profugerat, ab Erico pridem ejectus, quòd impensè partibus ejus studuisset, illicò redire jubet: ac, cùm mox reversus esset, admodum benignè excipit, pristi- numque locum reddit. Evocat etiam Slevico Henricum Meldorpium; qui & oppidū occupaverat pro Erico, & Eschil- lum ejus item jussu ejecerat. sed is, sibi ob hæc metuens, literas priùs commeatus, & stipendum militibus, quod jam pridem debebatur, dari petit. atque literas qui- dem, ipsi statim mittit; de stipendio, quòd exhaustum ærarium esset, sic pacifetur; uti ei Suineburgum in Fioniâ velut pignus traderetur; parsque aliqua anno proximo solveretur: atque, nisi istud fieret, adde- retur Scelfiscora in Sialandiâ: & utroque eo oppido, quoad debitum universum accepisset, potiretur. Ut verò conciliaret sibi populi favorem, priscam regni consue- tudinem, ipsi gratam, sed per bella diu- turna exoletam, revocare apud animum constituit. ea erat, ut comitia Neoburgi, in Fioniâ, oppido ad Balthim sito, veluti in ipso Daniæ meditullio, quo tantundem undecunque universis viæ esset, anno uno quoque tertio, sine morâ ulteriore, habe- rentur, itaque comitia indicit illic; proce- resque, ad consilia de republicâ capienda, eò vocat. quæ dum agit, leges condit, ad communem regni pacem confirmandam pertinentes: quæ relatæ inter Cimbricas, etiamnum in earum codice reperiuntur. statuit quoque, ut Lalandiam Christophorus, Falstriamque, quam utramque pater Valdemarus dederat, porrò item posside- ret; Fimbriam verò, Holsatiæ comitibus redderet: tum Canutus præfecturas ut reciperet; ac Blekingiam, cæteraque, ad id temporis possessa, retineret. insuper, ad liberandum ære alieno regnum, item ar- ces, prædiaque oppignorata redimenda, omnibus tributum imponit. cumque bello, inter ipsum, & Ericum, pridem gesto, multæ inter Danos, Suecos, Norvagos- que, controversiae ortæ essent, quibus li- mitum præfecti, parum rectè potestate suâ usi, & illata Suecis, Norvagisque dam- na, occasionem præbuissent, rejecto in sequentem annum hoc negotio, diem sta- tuit, locumque, quo legati è tribus regnis, ad rem totam componendam, conveni- rent.

cccl. rent. denique petit, ut Christophorus frater regni exspectatione cederet, filiusque hanc transsscriberet: adeò ut, si natu maximus sine prole. ullà masculâ diem obiret, frater illi proximus eligeretur. ac Christophorus, territus Erici cede, atque idem, si negaret, sibi metuens, refragari non audebat: proceres verò, sicuti offensa Abeli, quam prudenter declinandam existimabant, assentiri compellebat, ita virtus Valdemari, ejus filii majoris, quamvis etiam adolescentis, jam tum nota, permovebat. verum etsi, omnibus consentientibus, fat familiam muniisse videretur, non est tamen consequutus, quod volebat; ac, detento apud Vbios, uti dixi, Valdemaro, mox Christophorus nihilominus successit, quem excludere conabatur: sat aperto documento, principatus fato dari; & facilius scelere parari regna, quam transmitti ad hæredes. Post hæc etiam Hermanno, episcopo Osiliensi, suo antè Cancelario, ideoque ob perspectam fidem charo, omne jus, ac potestatem, in hanc insulam, concedit. insuper præfecto ordinis Teutonici factam olim à parente Valdemaro Gerviæ donationem, propagandæ ultra fidei Christianæ inter homines infideles, ratam velle se pronunciat: tum jus in Alempoënses, Northundenses, & Mothenses, Vagliosque, omne in eundem transfert. denique, quæcunque item inter patrem, ordinemque illum, acta, ea certa, & inviolata, porrò esse jubet. Vti verò in comitiis, quæ jam dixi, regno censum imposuerat, ita quoque Slevicensi territorio, sibi subdito, imperare animum cum induxisset, recusantes eum Frisi mox rebellionem incipiunt, obtendebant, agrum sibi, ad vim maris, à quo non fortunis tantum, sed & vitæ, summo jure metuebant, propulsandam, ducto aggere, quem objicerent, munendum; itaque, ob eam causam faciendam gratiam tributi esse: aut, si obtainere id nequeant, certè minui oportere. etenim, quod pridem Erico, bello cum Abelō gesto, ad direptionem agrorum avertendam, oliquam pecunia summam tribuisserit, gravius aliquanto ipsis imperatum censebatur. ideoque, cùm pertenderent, irā motus, aliisque eam magis incitantibus, bello reluctantibus persequi, & extinguere universos, rebus omnibus militi in prædam

datis, tandem statuit. quâ de causâ, co- piis contractis maximis, et si anno jam pre- cipite, in hos tendit. illi verò, cùm se im- pares esse scirent, producentes Christiani, divi sui tutelaris, simulacrum, quod è li- gno factum habebant, votum nuncupant, si superiores fierent, auro se id obductu- ros. moxque, ortâ tempestate, cùm dissol- veretur glacies, ac vestigia lapsarent in uliginosâ terrâ, ideoque nec inire prælium posset, retrò copias Slevicum ducere coactus fuit. itaque victores Frisi, sine ullo suo sanguine, domum læti repetentes, nuncupatum paullo antè votum solvunt. Per hæc exeunte anno, cùm comitiis po- stremis controversiam de Rendesbur- genfi oppido dirimendam arbitris duode- cim se posuisset, revocare eam voluit. quam ob rem adesse jussis sex è comitatu Holsatiæ, totidemque è ducatu Slevi- censi, causam ipsis cognoscendam de- mandavit. atque illi mox pronuntiant; et si rex Canutus oppidum, filiusq; Valdemarus, armis suis subjugatum tenuissent, magnâ impensâ in munitionem ejus, Daniæq; ex hoc tempore ad- hæsisset, tamen illud ad Holsatiæ pertinere. Hinc in Frisi, & Dithmarsos, bellum renovat, hieme superiore infeliciter ten- tatum. antè tamen, repetit tributum prius- cessaturus, si concederent. cumque ite- rum negarent; ac, quæ antehac, obten- derent; primâ æstate in eos dicit. Magnas copias coegerat juxta Teiam; inde mo- vens, aminem Mildam vado transit: mox- que, Eidorâ de vectus, Ottescelii exscen- dit, atque castra juxta Oldefverdam po- nit: seque vallo, & fossâ, munit. Frisi objiciunt fossam, à pago Ippenbulio du- etam usque ad fluentum Eidoram, seque ante illud locant: vim, si Abelus intenta- ret, repulsuri. ille verò, sex continuis die- bus, quæ deveherentur amne, invadebat universa: accolasque facere imperata co- gens, recusantes vitâ, & bonis exuebat. eorumque pars profugiens, cùm se Frisiis adjunxisset, mutuò se exhortati, hostem adoriri statuunt: vitam potius amittere, quam tributum dare, certi. protinusque, in septem signa distributi, circa noctem castris ejus appropinquant. quo Abelus explorato, minimè consultum ratus, ut cum hoste desperato dimicaret, cedere furori

furori parat; navibusque imponere copias, & transmittere in ulteriore ripam. sed, dum exspectare cogitur, donec Eidora reflueret, die oborto, multitudinem conspicatus, territusque, è vestigio, rebus omnibus relictis, fugam capit: quam cum Frisiae animadverterent, irruentes, primo impetu trecentos ex his cædunt: alii, in amne Eidorâ, transnatare cupientes, perire. cumque veterem eâ regione arcem Harreblecum attigisset, fistit se; &, obvertens frontem hosti, fortiter cum eo pugnat. sed, urgentem multo fortius cum non posset sustinere, iterum coactus fugere, Ippenbulium se recipit: quo & Frisiae boreales persequuti. illic tamen fatigati, cum desisterent, & ad castra regia diripienda retrò cederent, mox australes cum Vdholmiis, prælium redintegrantes, successerunt: & ad Iementoum usque porrò etiam propulsarunt. ubi cum & hi deserent, suos agmine ordinato repetentes, præter Eidoram aggere Etzenio tendens, postquam paulum processisset, novam sibi obviam cohortem habet, ex Coldenbyteliensi territorio. quæ cum ipsum, quæ fortissimè dimicantem, aliquot horis impugnasset, famâ pugnæ revocati Eidorani, & Vdholmii, revertuntur: ac, cohorte quâdam nauticâ, quæ objicere se ausa, profligatâ, in apertum ejus latus irruentes, non exiguum stragem edunt. ipse, se ad incitas redactum videns, misso equo, cum quibusdam fugæ sociis, in propinquum Mildæ aggerem pedes properè evadit: sperans, se non latum amnem facile transmissurum esse. sed, dum vadum ejus tentat, hostis irruens, multis saucium vulneribus contrucidat; & exercitum universum internecione delet. idque factum ad vicesimum diem Junii: postquam regnum, maximo paratum scelere, annum unum, & octo menses, tenuisset. ac cada ver interfecti, postquam aliquanto tempore inter cætera insepultum, feris, avibusque, præda jacuisset, inducias pacti Slesvicenses, tandem abductum, in maijore æde suâ, S. Petro dedicatâ, condiderunt. sed, lemuribus eum locum infestantibus, rursum effossum, in paludem ad Gottorpium demerserunt: palo impasto, ne emergere unquam posset. Iusto

certè summi numinis judicio, qui occisum pridem fratrem, ne pateret scelus suum, flumine profundo merserat, alligato grandi saxo, nunc vicissim, cœno obrutus, fundo etiam affigitur: ut infami hoc sepulcro omnibus vindicta Dei manifesta appareret. utque templum paullo antè, sic paludem lemures quoque infestabant: & auditæ inconditi clamores quidam, hominum ad opus aliquod mutuò se exhortantium; quales Lago, cùm Ericum occidendum insequeretur, uti dixi, excitaverat. Reliquit autem filios duos; Valdemarum, & Ericum; qui ducatum Slesvicensem, eo mortuo, possederunt: posthumumque item unum, itidem Abelum dictum: cui Suineburgum oppidum, aliaque, obvenere. insuper, & filiam habuit, cujus nomen ignoratur; post Bernardo, comiti Berneborgensi, elocatam. Vidua vero Machtildis, cum præterito filio suo Valdemaro, regni proceres in Christophorum propendere intelligeret, ut injuriam, quam putabat, vindicaret, quæ diplomata, ad donationem Holsatiæ, regibus Daniæ varie factam, pertinentia, in archivis servabantur, igne universa exussit. etenim animo reputabat, Frisiæ, Dithmarsiamque, ideo à marito rege infestatam, quod utramque varii olim Imperatores Daniæ regibus concessissent: idque ei vitâ adeò constitisse. hâc de causâ metuens, ne mox Christophorus, qui quis ipsum secuturi essent reges, fratres suos, & eorum successores, armis denuò invaderent, documenta, huc spectantia, velut mali incentiva, abolenda sibi duxit. ac perierant certè cuncta; nisi eorum exemplaria in episcoporum manibus, procerumque aliorum, conservata permanissent.

C H R I S T O P H O R V S I.

Cæso hunc in modum Abelo, et si is cavisset sedulo, sicut supra memoravi, ut in regno successores sibi filios haberet, tamen, capto apud Vbios Valdemaro, filiorum ejus maximo, proceres Christophorum legunt, justo parricidæ odio, Eschillo, Slesvicensi episcopo, regni insignia exhibente: siquidem Vffo, Lundensis archiepiscopus, cujus istud munus esset, diem paullo antè obierat. moxque, sub Decembris finem, privilegia, & immunitates omnes,

nes, ad ecclesiam Lundensem pertinen-
tes, non duntaxat confirmavit, sed & to-
tum ordinem ecclesiasticum, quiue huic
subjecti essent, neque vectigalia solvere,
neque militare voluit. Anno proximo, ad
nepotum ex Abelio fratre tutelam obeun-
dam se componens, Henricum Meldor-
pium, cui oppida, Suineburgum, & Scel-
fiscora, illis ex haereditate patris debita,
nuper pignorata erant, ad præstandum
juramentum veluti tutorie evocat: ac mox
cogere recusantem armis parat. verū il-
le, ut militiæ vetus erat, ita animi impa-
vidus, oppidum utrumque munit milite, &
commeatu. inde adventantem excipit, ac
propellit: multis è nobilitate, aliisque,
interceptis. & Christophorus, postquam
fugā evasisset, Hafniam intrare cupiens,
à Roschildensi episcopo prohibetur. ac
Meldorpius, aucto ex victoriâ animo, in
vicina loca erumpens, omnia depopula-
tur. sed, cùm regem, maximis collectis
copiis, redeuntem intelligeret, neque pa-
cem habiturum se putaret, capto properè
navigio, se subduxit. ac Christophorus,
acto in fugam hoste, vîctor, cùm utrun-
que oppidum in potestatem redigisset,
munitiones, quas Meldorpius excitaverat,
solo æquat, & præsidiarios aliquot gladio
ferit. inde, cùm austrialem Cimbriâ etiam
administrandam, veluti nepotum nomine,
sibi caperet; idque avunculos Holsatos
in suspicionem adduceret, quasi aliud ipse
animo agitaret; illi primū per legatos
intercedere, & orare; ut communibus
nepotibus debitam haereditatem restitue-
ret, ac ducatum Slesvicensem traderet in
clientelam. verū, cùm id recusaret, &
obtenderet; hunc ducatum regni bene-
ficium esse, liberisque regiis conferri soli-
tum; ac nec ipsi acquiescerent, neque hic
remittere de jure suo quicquam vellet,
mox ad arma est deuentum. Per id tem-
pus etiam comitia habuit; & effecit, ut
Ericum, filiorum ætate maximum, tres
duntaxat annos natum, successorem pro-
ceres renunciarent; quosque ipse aliquan-
do liberos habiturus esset, uti ordine
succederent, exclusis Abeli posteris. inde
Alsiam classe petit, & expugnat Sunder-
burgum; ac munitiones dejicit, quæ ad
terram objectæ essent. Ex Norvagiâ rex

Haquinus, classe instructâ circiter sex-
centarum navium, juxta Hallandiam ex-
scendit: ac, vastatâ magnâ regionis parte,
hominumque strage editâ non exiguâ, do-
mum repetit, filio relicto Haquino, cùm
exercitus parte maximâ: ut, quæ integra
superessent, porrò ipse devastaret. sed is,
cùm, instanti hieme, ad affinem Valde-
marum, Sueciæ regem, concessisset, primo
vere mox reversus, ubi prædam antè ha-
buit, vitam amittit: & Ansloæ, in S. Al-
vardi fano, sepelitur. Quæ dum fiunt, bel-
lum Holsati, adjuvantibus Brandenburgi-
cis, in Christophorum moverunt. ac jun-
gebat se Meldorpius, Suineburgo, & Scel-
fiscorâ, pridem ejectus à Christophoro,
profugusque. afferebant & auxilia Lube-
censes, ac Vandalicæ civitates adjacen-
tes. In principio, facto in Slesvicum im-
petu, id expugnant, ad xxi diem Fe-
bruarii: & Eschillum inde episcopum, item
clerum universum, ac primores civitatis,
captos Segebergam abducunt. Hinc Hol-
satiæ comitatum ferè totum redigunt in
potestatem; & Othoni Brandenburgico,
preium auxilii sui, urbem Rendesbur-
gum tradunt: isque eam annos aliquot re-
tinuit. Lubecenses, ac Vandalicæ civita-
tes, littus Scanicum infestabant: &, com-
missio ad Scanoram acri prælio, stragem
maximam edebant. parte alia Meldorpius
Sialandiam invadebat: &, aggressus Mo-
nam insulam, arcem in eâdem Stegam ex-
pugnabat. nec contentus hâc victoriâ, in
propinquam Falstriam traductis copiis,
etiam Nicopiam illic subigebat. Sed, Chri-
stophorum dum sic undique hostes pre-
munt, quidam principes Germaniæ, pacis
causâ intercedunt; & componunt con-
troversiam, eâ lege; ut Christophorus nepo-
tibus, postquam annos pubertatis attigissent, &
ducatum Slesvicensem restitueret, & quæ bona
item in Daniâ ex haereditate habebant, ea dein-
ceps possiderent: insuper, accepti pariter, ex-
pensique rationes ipsi redderet. illi contra, quod
pretenderent jus in regnum, ex comitiorum
actis, Neoburgi sub Abelio patre suo habitorum,
id Christophoro transsiberent: qui ducatum
Slesvicensem, dum minori in ætate ipsi agerent,
nomine ipsorum regeret. atque pacis conservan-
de, Pomerania dux Sambirius, & Vandaliæ
principes alii, vades essent. Postea, cùm Ia-

cobus Erlandus è Roschildiensi episcopo Lundiensis archiepiscopus factus esset, idque rege inconsulto, & ignaro, ea res offendæ fuit. quippe usus per id tempus obtinebat; ut episcopus nullus esset, nisi ratam electionem rex haberet: quin & ad militiam obstringebatur, nisi ipsi oneris istius gratiam, singulari indulgentiâ, idem faceret. sed Erlandus, gratiâ pontificis fretus, in concilio Lugdunensi pridem partâ, & contemnere confirmationem regis, & ecclesiæ Scaniensis priscis legibus, ac statutis, immutatis, nova quædam introducere ausus fuit. quæ, cùm itidem regis inconsulto fierent, animum ejus porrò etiam commoverunt. qui cùm classem per id tempus instruxisset, in Holsatiam contendens, copiis ad Sliæ amnis ripam expeditis, alteram exercitus partem, quæ ad oppidum Coldingam, pergere Slesvicum jubet, & adventum illic suum exspectare. quod cùm omnes advenissent, in vicina loca immissi, Gosenburgum, ac munitio- nes alias, everterunt. hinc Huidingæ ter- ritorium, collocatis in adversam partem castris, est ingressus. ubi cùm majores copias, quæ necesse putaretur, circumdu- ceret, ac plus justo moraretur, res nepo- tum, ut videri cupiebat, administrans sub- ditisque id molestum planè esset, Abeli vidua Mechtildis deserendam sibi australem Cimbriam existimavit: ac, quantumvis anteà perpetuam viduitatem episco- po Othoniensi datâ dextrâ promisisset, tamen, incitante Erlando, nuptias cum duce Sueciæ novas iniit, & in Sueciam concessit, filiosque secum abduxit; te- nuitque, usque ad Christophori mortem. & ut rectè id fecisse videretur, causam obtendit, odium in se reginæ, quæ inariti regis animum alieniorem redderet. Inter hæc Abeli filius, Valdemarus, è custodiâ dimissus, in quâ annos quatuor detentus fuerat, in Holsatiam revertitur. cùm avunculus Ioannes apud regem intercedit, ut ducatus Slesvicensis prefecturam, juxta pacta, illi redderet; ac, dum frater ado- lessceret, curam ejus, regimenque, retine- ret. & Christophorus, haud gravatè ac- quiescens, mox vexillum, ut in talibus usi- tatum, ei tradit; illâ lege, uti regno fidem obstringeret; & obsequium, atque opem, cùm

res posceret, præstaret: tum & locum inter re- gni senatores obtineret, ac magnatum numero accenseretur. item ab ipso, uti & Ornatum foro, provocatio ad tribunal regni esset: subditique etiam ejus, quæ rex imperasset, face- rent. His in modum hunc statutis, è cu- stodiâ liberatus est Eschillus, pridem epi- scopus Slesvicensis; qui anteà cum ipso, captâ urbe Segebergam abducti erant. sed is, paullò post decedens, vix receptâ libertate frui potuit. In Hallandiâ boreali diem obierat ejus comes, Nicolaus; quam cùm pater, Valdemarus, ceu hæredita- riā ipsi concessisset, ac Iacobus, ejus fi- lius, retinere illam vellet, & senatus quo- que peteret, non id passus est Christophorus; sed, tributo loco alio viliore, partem nuper separatam regno iterum conjunxit. Inde, mortuo Innocentio pontifice, post- quam Alexander IV ipsi subrogatus esset, misit Romam, qui, successionem primò gratulati, etiam Vandaliæ donationem, Valdemaro ab Imperatore Friderico pri- dem factam, confirmari postularent. at- que illi postquam domum, compotes le- gationis, rediissent, quies passim, ipso maximè Valdemaro eam amante, spera- batur. sed ecclesiasticus ordo, & ab eo incitata plebs promiscua, turbas dedit. quippe arcæ, ac munitiones regni, & no- bilium item prædia, magno impetu inva- dens, diruebat. quâ de causâ arma capere rex coactus, in Sialandiâ acri prælio, apud Lethræ pontem inito, stragem non exi- guam dedit. verum tamen, cùm haud pro- fligare posset, adnitentibus Lundiensi & Roschildiensi episcopis, atque minuenda onera, quibus hactenus temporum iniqui- tate pressi essent, & justitiam exercen- dam, pollicentibus ipso quoque hæc Chri- stophoro, datis literis, rata velle se testan- te, tandem res composita fuit. quanquam mox dissidia recruduere. nam Erlandus, cùm ecclesiæ Lundiensis, cui præterat, Scaniaeque universæ, leges, ac statuta quævis, pro libidine immutaret, & edicto promulgato, rex occurreret, iterum exor- tæ turbæ. Hinc comitia, Neoburgi in Fioniâ celebranda, cùm Christophorus indixisset, & Holsatiæ illuc comites, ac Vandaliæ item duces, cum nobilitate re- gni universâ, evocasset, Lundiensis, velut in

in contemptum regis, omnium episcoporum Vedelæ conventum indicit. ac , propositum ne mutare nimis temerè videtur , ausus est à rege petere , ut suspendeat comitia , in ecclesiæ honorem , dum conventum ipse suum habuisset. sed Christophorus , id indignum arbitratus , cùm perstaret in proposito , ipse etiam perrexit , statuitque ; quando Danicæ ecclesiæ graviter perturbarentur , ac majorum quoque metus impenderet , si episcoporum aliquis , jussu regis , aut permisso , aut cujusquam è nobilibus , captus unquam abducatur , verberave , aut injuriam qualemcumque patiatur , uti sacris toto regno sacerdozo abstineret. idem quoque extra Daniam faciendum , si & isthic idem perpetratum foret : nisi forte , quæ commissa , ab episcopo ejus loci , aliisve , rex commonitus intrà mensam correxisset. In hæc omnes , qui convenerant , juvavere : ac constituere etiam ; qui delinqueret , is ut sibi interdictum sacris sciret. pontifexque Alexander rata mox hæc ipsa habuit. Quæ cùm ita acta essent , Lundiensis , & episcopi item alii , cæterique ordinis ecclesiastici , ad comitia , necdum etiam tum soluta , propter principum absentiam , qui , exceptis cùm Holstatiæ comitibus , tum & duce Slevicensi , propter hiemis incommoda , nulli advenerant , tandem quoque accessere. atque Lundiensis quidem , postquam regem , excusandi sui causâ , adiisset , ille , valde indignatus , cum contemptu eum excipit , ac poëtæ istis verbis ,

— tardè venere bubulci.

quo responso , fatis contumelioso , anteà infestus admodum , majus etiam odium capit. sed Christophorus alia non multo pòst comitia Vortingburgi indicit ; quòd mox principes Pomeraniæ , Rugiæque , item alii , Neoburgicis hieme , uti dixi , exclusi , advenerent. Hic Christophorus de variis ipsum rebus accusare ; ad quas ille , haec tenus ferox , cùm non respondere posset , principes , affines regi , admodum demissè prensans , intercessionem eorum , atque opem , implorabat. sed rex durus accusationis capita , scripto publico comprehensa , recitari in confessu procerum jussit. quod , post datum sibi , ac filio , fidei obsequiique iurandum , neutrum tamen coronare voluisset ; adeoque , coronationi qui interfuerint ,

iis sacra omnia interdixisset. tum & ipse , se cùo cc ignaro , & invito , archiepiscopatus sedem invasisset ; & episcopos quoque alios itidem inaugurasisset : & oblatos à se viros ordinis ecclesiastici , etiam in iis locis , quibus ius patroni haberet , rejecisset : ac clientes quoque suos , à pontifice absolutos , denuò sacrorum usu arcuisset ; nec episcopis permisisset , sicuti receptum erat , ut militiam sequerentur. insuper , conventibus intempestivis , quos differre noluisset , regni commoda vehementer perturbasset ; & in istis multa contra leges regni , & antiquas consuetudines , statuisset ; & hæc ipsa à pontifice confirmari , sine ullâ juris publici ratione , procurasset : literasque clam dedisset ad Norvagiæ regem Haquinum , regni hostem. arces item condidisset ; & emporium , in ecclesiæ suæ solo : ac vœtigal , sibi deinceps persolvendum , imperasset. tum & forum invasisset ; ac se judicem dedisset controversis , que ad regem pertinebant : quem & literis ad pontificem , coactis subsignare episcopis , traduxisset , & prædonem appellasset ; Hafniagj , post conflictum cum Meldorpio , exclusisset. denique , quod limitem Hallandie , ad Nitzam annem , communium egré etiam tulisset ; & in regem magnam rusticorum manum concitasset : ac subsellia quoque ejus , & reginae , quæ in summâ Lundensi æde erant , diruisset. Operam navabant principes , ut placarent iram regis ; verùm is non audiebat : & urgebat , uti ad objecta crimina Lundensis singulatim responderet. itaque negotium dilatum fuit. & rex anno in sequenti ad Erici fratri funus se convertit : quem , Slevici tumulatum , perillustri apparatu mox Ringstadium traduxit. Inde in Scaniam trajiciens , Lundiam petit ; illic sacerum Sambirium , ac reginam item uxorem , Margaretam , è Germaniâ adventantem , excepturus. Inter ista , dat mandatum loci præsidi , & nonnullis ordinis ecclesiastici , ut de causâ Lundensis judicarent. verùm , postquam confedissent , mox ad regem , præter exspectationem , evocantur ; ac , Sambirio & reginâ adjutantibus , res componitur. quanquam hæc conciliatio , Lundensi paulò pòst matronam nobilem à communione sacrâ excludente , nec recipere cupiente , et si intercedente rege , iterum dirempta fuit. & rex , Lundiam reversus , advocari in curiam jubet ; ac , pro tribunali sedens , si cum eo jure agere quisquam

quisquam vellet, istud liberum prōnuntiat. cumque multa variè prolata essent, & sententiam rex dicturus putaretur; minime judicio ejus se teneri, neque ideo respondere quicquam velle, testabatur. qui, summopere indignatus, & ad majestatem suam pertinere illud censens, quotquot aderant, à meridie convenire in summam urbis ædem jubet: ac præsentibus inde prælegi, quæ fancita inter reges, & episcopos, olim essent, eaque perpendi etiam, an his standum existimarent. ad quæ ille, esse, quæ probare haud posset, juri canonico, ac decretis patrum, adversa: quæ admittere salvâ conscientiâ posset, in his refragari nolle: sed de ceteris, ad pontificem provocandum arbitrari. ac, cùm regii responderent; si abnueret, nec episcopis ullas decimas, quas consensu tamen darent, exhibendas item esse; hic regerere, illas, et si non expressas, jure communi deberi. Quæ cùm ita acta essent, paullò pòst à Lundiensi rex petebat, quos in Wenâ insulâ ministros suos, alibique, sacris omnibus interdictos voluisse, eos uti execratione absolveret. quod cùm ille se facturum esse diceret, si pollicerentur ipso, se acturos ex ecclesiæ prescripto; rex iratus, quæ priores Daniæ reges privilegia Lundiensi archiepiscopo, atque toti ejus clero, concessissent, revocare: simul etiam mandare, ut deinceps ad antiqua ministeria, regi debita, & regno, evocati præsto essent. insuper imperare aliis, qui subjecti dioecesi Lundiensi, uti omnes intrâ diem decimum quintum fidem jumento obstringerent. atque rursum Lundiensis, eum, qui hæc regis iussu nuntiabat, veluti in jura ecclesiæ delinquentem, sacris abstinere voluit. Inter ista, plebs, in Lundensem prona, arma capit: sed à rege funditur, & coercetur. inde iterum ab ecclesiasticis concilium indictum Hafniæ; & exclusi item sacris, quotquot actis Vethelanæ synodi obniterentur: maximè cùm summus pontifex, et si reluctantate rege, ea rata habuisset. idem & pronuntiatum in quoscunque, qui in regem propenderent. Per hoc tempus rex Norvagiæ Haquinus, seu vocatus à Christophoro, ad constituendam pacem, sive, uti alii tradunt, ut hæreditatem cerneret, quæ à matre obvenisset, classe Oresundam appellit; unde Hafniam contendens, illic

regem opperitur: qui, non multo pòst ad-^{CD}_{LVII} veniens, eum perbenignè excipit. inde, damnis, quæ utrinque accepissent; condonatis, fœdus iustum, in hanc legem; ut communes post id tempus hostes essent, alterius laboranti alter statim opem ferret. ac, quo firmius porrò esset, constitutæ item nuptiæ, inter Magnum, Haquin filium, & Christophori ex Erico fratre neptem, Ingemburgam. Cupiebat & Haquinus Lundiensi gratiam Christophori conciliare: sed conatus non successit. itaque, munieribus, vicissim datis, inter quæ Haquinis navis, magnitudine admiranda, discessere. Re cum Norvago transactâ, etiam cum Sueco agere visum fuit. & ut coram illud fieret, quod præstare putabatur, loco Atorpiæ, in finitimâ Hallandiâ, designato, placuit Birgerum istuc, Sueciæ principem, ad colloquium invitare. qui cùm posteâ advenisset, etiam cum illo pax, & amicitia, constituta est. Aderat ibi Lundiensis, uti Daniæ, ita Sueciæ quoque primas; quem, convivio finito, cùm Christophorus accusaret, quod antiquas Scanie constitutiones, à tot regibus, & episcopis, confirmatas, immutasset; ille pro se respondere: pridem istam controversiam à Sambirio Pomerano, & reginâ Margareta, terminatam. ex hoc tempore nihil à se in hanc rem admissum esse; ac deinceps etiam cupere, ut jus Scanicum maneat inviolatum; quatenus ecclesiæ decretis illud, in qua jusjurandum dederat, minimè adversaretur: ea vero integrâ se conscientiâ, & pontifice inconsulto, neutquam migrare posse. Rex solebat, ut huic juri universim subsignaret; ideoque denuò res delegatis mandaretur. atque ipse, dat negotium comiti Glicensi, Ernesto; Lundensis verò, mittit Esbernum Magnum, & Andream Erlandum, fratrem, aliosque è collegio: qui accederent ad regem, & inquirent, quam negotii componendi rationem hic putaret. cumque illum adiissent, is, per fratrem Lundensis, Nicolaum, ejus urbis tunc præfectum, mox respondet: cupere se, ut renuntiaret juri, quod prætenderet & in bona naufragorum, & eorum, qui hæredem non haberent, item causas, quas vocabant selibrarum quadraginta: etiam in sacerdotia; quæ à regibus sicut instituta erant, ita quoque conferenda existimaret. insuper, ut à naucleris, qui obstricti alii forent,

forent, abstineret, nec ad ministerium eos suum dam commisissent. neque oblationem item, ubi CIO CC
cogeret: neve suos item homines liberos pronun- regi hæc competeret, recusare modo digni offer- LVII.
tiaret. tum & multa quæ hoc nomine solvi so- rentur: sed interdum evenire, ut aut loco alieno,
leat, ut ad regem referretur. denique quæ jure aut non satis aptos offerat; quos recipere, ratione
Scanico constituta, ea uti rata vellet. Ad hæc munieris prohibetur: uti etiam, denuò arcere
rursum Lundiensis; jurisdictionem illam sacris, à pontifice absolutos; nisi novi quid ad-
universam ad ecclesiam Lundensem pertinere: miserint, quod hanc pœnam mereatur: idq; ipsum
neque amplius sibi hic licere quicquam, quam ad pontificem, non ad regem, pertinere. nec ab-
quod pontifex concederet; cuius voluntati se solvere universos, quos rex cupiat, item posse;
subjicere necesse haberet. Capita accusationis si ecclesiæ disciplinam, & illius dignitatem, sal-
rex Birgero in manum tradit; atque idem
Lundiensis quoque facit: qui vicissim cri- vam velit. nec comitiis aliquod impedimentum
minari, quod incestus, adulteria, atque stupra, objecisse; sed duntaxat petuisse, uti ea differ-
aut dissimularet plane, aut suppicio leviore, nec rentur: cum, ob hiemis incommoda, minimè
ecclesiæ usitato, castigaret: etiam, quod pœni- omnes illuc adventuros sciret. nihil quoque con-
tentiam vili penderet: &, exemplo ejus, alii. tra regem, jusve ejus statuisse; quæ statuerit,
homicidiis, quorum pœna capitis solebat esse, ad ecclesiam pertinere: atque istud, sui sanè
tantum mulctam irrogari: quique sacris arce- munieris esse. nullam amicitiam cum regni ho-
rentur, iis hominum consuetudinem indulgeret. stibus contraxisse, nec ad eos literarum unquam
præter ista, pernegabat; eos, qui ecclesiæ juri aliiquid dedisse. etenim de rege quod Norvagiae
subscripsissent, leges Scanicas ullo modo admit- objiceretur, eum sibi veterem amicum esse, ne-
tere posse: nisi conscientiam suam, cuius potio- que inter regni hostes referendum. denique nec
rem haberi rationem æquum esset, ledere vel- arces novas, neve urbes, condidisse; sed collap-
sas vetustate, aut per bella devastatas, instau-
lent. nec earum tantam auctoritatem fore, nisi rasse. quod ad bona naufragorum, ea omnino,
rex sic statuisset, & auxilium obsequentibus ut & causas felibrarum quadraginta, foro ec-
promisisset. insuper & sacerdotes, rege sibi jus clesiæ Lundensis, subiacere: se in causis secula-
patroni vindicante, minus audientes esse, atque ribus nunquam judicem sedisse. at colonos mili-
sacris interdictos ad ecclesiæs admittere: deci- tare vetuisse: idq; jure, ecclesiæ Lundensi pro-
masque, ad episcopum pertinentes, et si nullain prio, factum esse: neque ideo regiis praefectis
hanc rem sententia unquam lata foret, retinere. suum eripuisse. Quo responso, passim regno
denique, & exprobrabat; in comitiis Neo- universo motus magni excitati. nam in
burgicis, cum in templum accessisset, nudo ca- partes itum fuit; ac Roschildiensis epi-
pice, moram excusare cupiens, cum ludibrio scopus, uti & Othoniensis, & Ripensis,
exceptum, etiam bubulci nomine compellatum, aliisque, dignitate in ecclesiastico ordine
tardè advenisse dictum. Quæ cum pluribus eminentes; item comites Holsatiæ, Ru-
protulisset, ac permulti ad diffidium com- giæ princeps, quique amicitia his, aut fœ-
ponendum se offerrent, ingerit se dux Bir- dere, juncti. Lundensem sequebantur:
gerus, &, negotio finem imponi posse, ait, si regi verò, tres episcopi, Slevicensis, Vi-
admitteret, quæ per fratrem Nicolaum rex pro- burgensis, Burglanensis, ac magnates alii
poni imperasset. sed reponere Lundiensis; plures, adhærebant. Inter ista, Valdemar-
ea esse ecclesiæ suæ privilegia, ut assensum hic rius, dux Slevici, vitâ excedit: morsque
præbere, nisi de pontificis Romani voluntate cer- ejus bellum movet. etenim, cum hunc
tus, nullum posset. Quo responso gravius rex ducatum ipse acciperet, minimè in literis
indignatus, eum Lundiæ prohibuit, dum exprimebatur, ad hæredes perventurum:
ad crimina, aliquoties objecta, respon- & adire tamen eum, ceu hæreditarium,
disset. atque ille; minimè se hic teneri, cum Ericus frater cupiebat, quod Christophorus,
regina Margareta, ac Sambirius, ejus pater, ante- concedendum non existimans, armis
hac negotium composuissent. tamen posteà de prohibere statuit. ac Slevicum postquam
quibusdam respondere, in hunc modum. cum non parvâ manu advenisset, impar
quod primatum attineret, quem ignaro rege pri- viribus Ericus, in interiorem Holsatiæ
dem suscepisse diceretur, id decisum à pontifice, se recipit, universâ ditione regi cedens.
coram iis, quibus ambo causam suam procuran- qui, subactâ statim eâ, ac præsidio com-
munitâ,

CIC CC
LVI.CIC CC
LVIII.

munitâ, & præfectis passim novis constitutis, domum repetens, comitia Othoniæ indicit, in principio ipso anni in sequentis celebranda: quibus filius Ericus, pridem princeps designatus, etiam coronâ regni ornaretur. Vbi tempus advenisset, Lundiensis, neque ipse tantum emansit, sed & alios accedere nullos voluit: & edixit, qui adessent, ac coronam in Ericum, regis filium, conferrent, uti sacris interdictum sibi scirent. accessere nihilominus, præter proceres regni alias, ex episcopis, quos fideles illi dixi: licet tamen nemo eorum coronare Eri- cum auderet. quod Novembri mense fa- cillum, cum comitia Hafniam rex transtu- lisset, à fidissimis senatorum, nullo episco- po præsente. quo peracto, rex prætereà ad senatum referebat; pro comperto se habe- re, Lundensem Romæ annis ut pontifici per- suaderet, regnum se per fas & nefas, exclusis Abeli filiis, quibus illud deberetur, invasisse. se, episcoposq; alios, sanctè promisisse Abelo, & chi- rographo caruisse, liberos suos ipsi successores, fo- re. præter hæc, adversum illi, ordiniq; ecclesiastico universo, ac decretis pontificiis, graviter ve- xare clerum, qui que ad eum pertinarent. porro, petiisse item, uti ex Abeli liberis, ceu legitimis successoribus, se exuto, substituere aliquem vel- let. denique Mechtildem quoque, Abeli viduam, impulisse; uti, quanquam episcopo Othoniensi, datâ fide, viduam se permansuram promisisset, tamen cum Suecorum duce matrimonium con- traheret. quibus rebus intellectis, visum fe- natoribus fuit; non constare majestatem regi suam, nec securitatem, posse, nisi primo quoque tempore Lundensis, & episcopi nonnulli, aliq; qui in partibus ejus essent, comprehensi in custo- diam ducerentur. neque destitit Christophorus in quancunque occasionem ejus inter- cipiendi excubare. verum nec idoneus lo- cus, neque tempus opportunum ullum erat; ac metuebatur populus, in hunc pronus: ac præfectus Elsingburgi, ejus frater. quanquam sanè alter frater, Nico- laus, Lundensem præfectus, animi vir moderati, ad consilia saniora, atque pacem amplectendam, hortaretur. quæ cum ita se haberent, non evadere tamen potuit, quin initio Februarii, cum, exiguo comi- tatu, Gilsebergam, Scaniæ pagum, propè Landescronam situm, advenisset, frater ipsum, quem jam dixi, Nicolaus, & Hen-

ricus Meclenburgicus, noctu aggressi, comprehendenderent, Hagercoviamque ab- ducerent, arcem in Fioniâ, munitam val- dè. eo capto, jussi etiam prehendi, qui im- pensiùs favissent, in ecclesiâ illâ ipsâ, ar- chidiaconus, ac præpositus. idem & epi- scopo Ripensi factum. Roschildiensis, pariter atque Othoniensis, sese fugâ sub- duentes, mox proposito edicto, ex de- creto Vethelano, totum regnum abstinere sacris jubent: & pontificis confirmatio- nem addunt, hanc in rem Viterbii factam. cumque in Scaniâ id edictum, & Sialan- diâ, ac Fioniâ, obtineret, tamen Cimbria contempsit. & rex contra ad pontificem provocavit; adhortatus, ut perpendere, quā iniquum certè esset, homines ecclesiasticos suam causam agere, & judicare. insuper, nec iustum esse, ut, unius ob delictum, hominum tam multa millia à communione sacrâ arceren- tur. Post hanc provocationem, ut consilia adversariorum eluderet, aut tantisper mor- raretur, dum cognosceretur causa, ipse publico edicto omnes passim sacerdotes, quo- quot Daniam habitarent, sacra celebrare jubet: qui que illud deirectaret, is redditibus universis multaretur. Inde, ubi intellexit, à Roschil- diensi episcopo, sicut & Othonensi, arma in se comparari; & Ericum, Cimbriæ au- stralis ducem, ac Gerardum, & Ioannem, comitem utrunque Holsatiæ, Rugiæque item principem, Iarimarum, de suppetiis compellatos; ipse quoque à Norvagiæ rege, Haquino, & Birgero, Sueciæ duce, opem, ex compacto debitam, postulavit: quam & illi promisere. & in bellum res apertum erupisset, ni, sublato mox Christophoro, vidua ejus, Margareta, prudens fæmina, constitutis aliquot annorum in- duciis, dum Ericus sibi filius ad maturam regno ætatem perveniret, animos adver- sæ partis tranquillasset. De Christophori autem morte, variè auctores tradunt. ac pars, placidè obiisse; pars, quis melior hic fides, Ripam Cimbriæ digressum, ut con- filia cum captivo ibi episcopo, aliisque or- dinis ecclesiastici, quos faventes sibi no- rat, de pacando regni statu, agitaret, inter ipsa mensæ hospitalis sacra, ab Arhusiensi episcopo, Arnefasto, quem ad eam digni- tatem, contra voluntatem suam, Lun- diensis pridem evexerat, interfectum: sive, ut non-

ut nonnulli volunt, pane dato eucharisti- deerat, paullo antè ad ipsum profugus : & c¹⁰ cc co, quem veneno imbuisset. quod pro- constanter, ut pareret, hortabatur. ita-^{LIX.}
fecto, ut omnino est horrendum, sic hi- que, sic incitatus, classem parat, & invadit
storiæ, propter sceleris magnitudinem, Sialandiam: ubi adjunxere sese, qui ca-
derogari fides poterat, nisi poste à Bernar- ptivum Lundensem liberatum cupiebant.
dinus eam monachus in Henrico Impe- Margareta copias, quas potest, colligit;
ratore, nominis istius septimo, suo exem- objicitque, ad Nestwedium: initoque
pto adstruxisset. Erat princeps bonus po- illic prælio, victi Dani, decem millia suo-
tiūs, quam felix; & ærarium cùm exhau- rum amisere. ac victoriā istā ferox Iari-
stum, regnum autem perturbatum acce- marus, vicos passim, municipiaque, diri-
pisset, suis quoque ipse turbis involutus, pit, & exurit. Hafniā quoque expugnatā,
neque illud locupletius, neque hoc tran- arcem evertit: quāque parte urbem inva-
quilius, relinquere successori potuit. Li- fit, etiamnum *Iarimari fossa* dicitur. Ro-
beros ex Margareta Pomeranā habuit schildiensis, cùm in regnum rediisset, sta-
quatuor; quorum duo, Nicolaus, & Val- tim interdictum renovat: & in pugnā ad
demarus, in infantia obiere: tertius verò, Nestwedium sub vexillis Margarete inter-
Ericus, regnum tenuit. filia, Mechtildis- fectos, ceu profanos, impiosque, sepeliri
dicta, in Alberti, marchionis Brandenburgi, in sacratis locis vetat. Inter hæc, Holsa-
matrimonium concessit. Margareta, uti dixi, post exequias Christophori, ut
amoliretur bellum, quod instabat, pacem, tiæ comites Cimbriam australē inava-
rebus filii sui, tum decennis, necessariam, dunt; atque tractum eum totum ferro,
procuravit. Hinc Norvagiæ regi, Ha- ac flammā, populantur: dum regina cum
quino, ac Birgero, Sueciæ duci, qui auxi- Erico in Fioniā interjectā commoratur,
lia, à Christophoro postulata, jam para- militemque in eā insulā, Cimbriaque bo-
verant, literis missis, gratias agit; indicat- reali adjacente, sibi parat. Iarimarus, non
que, morte regem in expectatā obiisse; atque contentus Sialandiam devastasse, etiam
eā re coactam, donec filius adolesceret, animum Boringholmum invadit: ac redactā in po-
ad pacem vertere. Et Haquinus, qui bien- testatem eā insulā, uti item Hammers-
nio ante egerat cum Christophoro, super husā, arce illic munitissimā, militem præ-
nuptiis filii Magni, ac ipsius ex Erico fra- fidiarium partim occidit, partim in custo-
tre neptis, Ingeburgæ, nunc easdem per diam ducit, pretio mox redimendum. sed,
legatos à materno ejus avo, Saxone Ele- dum Rugiam suam repētit, & in Scaniā
ctore, petit. qui cùm illos ad paternos vicum quendam populatur, clarè Deo la-
sponsæ amicos remisisset, isti, in Daniam trocinum, ac perfidiam, vindicante, in-
regressi, animum Ingeburgæ tentant, & terficitur: idque ignominiosè, manu fæ-
benignū experiuntur. quæ Haquino post- minæ, adacto in abdomen cultro. Marga-
quam ipsi nuntiassent, ille mox ad spon- reta, ita hoste Iarimaro liberata, Rosto-
sam accersendam excurrit, & eandem fi- chium evocat Albertum, marchionem
lio suo in Norvagiam adducit. Brandenburgicum; &c, composita contro-
versiā, de Sophiæ uxoris dote, etiam con-
filium petit, de administrando regno, ac-
cipitque. Mox, sub ipsum anni initium, in c¹⁰ cc

E R I C V S VII.

Post Christophori excessum, regnum tra-
ditum est Erico, ejus filio, regi pridem co-
ronato: cum quo Margareta mater, supra
sexum prudens fæmina, aliquandiu rei-
publicæ clavum rexit. Prima initia Iari-
marus Rugianus, quanquam cliens, per-
turbavit. Instigaverat per literas Alexan-
der vi pontifex; ac promiserat, si custo-
diā Lundensem liberaret, initurum à se
gratiam, & à Deo ipsum cælum in mer-
cedem habiturum. nec Roschildiensis

comitiis rex Ericus, undecim tunc annos^{LX.}
natus, coronatur. utque auspiciū regni
sui lætum faceret, visum fuit senatoribus,
ut dimitteret Lundensem, liberumque in-
diocesin restitueret. sed is, admodum
præfracte, ut capesseret diocesin, aut
conditioni ulli acquiesceret, animum in-
ducere noluit, antequam rem totam pon-
tifex Alexander cognovisset. itaque in
Sueciā abiit; è quā regem, datis ad pon-
ticem literis, de illatā sibi injuriā crimi-
nari non

ERICVS VII.

nari non cessavit. At Ericus, uti porrò ordinem ecclesiasticum sibi obstringeret, reliquos itidem episcopos, cùm illi nihilo æquiores forent, mortuo tunc Alexandro, & Urbano, itidem i v, in pontificatu summo subrogato, ut conciliaret gratiam, per legatos novam illi dignitatem gratulatur, postulatque; uti regnum ab Erlando, homine sibi infestissimo, liberum præstare velit: simul etiam operam dare, uti regno, & ecclesiæ in illo, tandem sua pax reddatur. insuper delicta indicat, quæ cùm ipse, tum Othoniensis præful, ac Roschil-diensis etiam, admisissent. & in primis de Roschildiensi queritur; post exhibitum Christophoro, patri suo iurandum, Hafniam cum regni hostibus invasisse, atque arcem dejecisse: tum & diæcœsos reditus, ac pecuniam qualem cunque, quam colligere potuisset, Iarimaro, Rugiæ principi, & Holsatiæ comitibus, aliisque regni hostibus, perfidè suppeditasse; uti isto ad-miniculo regnum, atque regem ipsum, eo acrius infestarent. & armatâ quoque manu suam Roschildiensem diæcesin divexasse; editaque im-mani strage, quæ à perduelle illic Iarimaro acta essent, approbasse: hominumque decem millia, eâ pugnâ in obsequio regis sui occisorum, locis sacris sepeliri vetuisse: ac solis hostibus, qui pro ipso dimicantes cecidissent, hunc honorem con-cessisse. etiam cum Lundensi obstitisse, quo minus coronam acciperet: edixisse quoque episcopis, ne inaugurationi quisquam interesse vellet: ac, si quis auderet tamen, ille sibi sacrâ omnibus interdictum esse sciret. denique, in literis suis, nusquam regem, aut reginam, nominare, vel agnoscere. Idem ferè crimini Othoniensi datum fuit, additumque; consciuum fuisse cædis, in Christophorum parentem, regem suum, perpetratae. tum & brachio seculari, & Abeli fratricidæ ope, adjutum, diæcesin occupasse. item in comitiis Othoniensibus, cùm ornare pa-ter se insignibus regni statuisset, suo ex eâ urbe abitu, quæ proposuisset ipse, impediisse: reditusq; diæcœsos transstulisse in Holsatos, ut ad regnum oppugnandum illis ipsis uterentur. denique in Alsâ arce, in Holsatiâ, consilia cum hostibus communicasse, Lundensi, præter ea, quæ jam antè in Christophori rebus dixi, im-properatum; quod, cùm fidem, & obsequium, juramento obstrinxisset, nihilominus Iarimaru, & Holsatos, contra regem adjuvisset: insuper confessus esset, milites ducentos circiter, è pra-sidio Boringholmi, suo suauè à Iarimiro, & An-drea item fratre, imperfectos: aliosque aut sup-plicio affectos, aut abductos in compedibus: ar-cem ipsam, eversam esse. etiam impediisset, ne corona ornaretur; ac per literas à pontifice pen-tisset, uti regnum in Abeli liberos conferre vellet. milites quoque, pro se fortiter pugnantes, cùm in acie cecidissent, jure cæsos, & indignos sepulturâ in locis sacris, statuisset. denique & pietatem regis sui, ceu heretici, ad pontificis tri-bunal traduxisset. Post hæc, reversa è Sue-ciâ Mechtilda, quæ post obitum Abeli in Birgeri, Sueciæ ducis, uti dixi, matrimo-nium concederat, filium Ericum instigat, ut ducatum Slesvicense, morte Valdemari va-cuum, sine liberis defuncti, postularet; ac pau-latim ad ipsum adeò regnum Daniæ gradum strueret. sed existimare Ericus, & regina Margareta, eum jure excidisse; quod & ipse, atque Valdemarus frater, hostibus se conjun-xissent; & ad regnum infestandum arma sua, ac consilia, commodassent. velle tamen; ut ma-jores habuissent, ita ipse quoque acciperet: & agnoscere, beneficium, non hereditatem, esse. In Ericum, incolæ omnes propendebant; & avunculi item ejus, Holsatiæ comites: qui nepotem, virumque mediocrem, quâm potentem nimis regem, potius vicinum sibi habendum esse statuebant. ita que auxilia addunt ipsi, aliquæ principes, quibus similis affectus. ac subnixus his Ericus, bellum infert, & ducatum per vim occupat. rex, & mater, obviam eunt, co-piasque adversas ducunt: & in campo, quem Loheidam incolæ dicunt, manus conserunt. Summam belli rex commis-serat Petro Findio, regni equitum tribuno; & Ivoni, peditatiui præfecto: Ericus, suis ipse præerat. acre sanè prælum erat, & Holsati jam cedebant; cùm tribunus, clam corruptus, item Ivo, prælii fortunam pro-dunt: ac, cum suis recedentes, aliis quo-que fugæ occasionem præbent. capitur rex, & regina item mater: & hic Alsam, in custodiâ; illa verò, Hamburgum ab-ducitur. captus etiam Nicolaus, Slesvi-censium episcopus: & Ioanni, Erici avunculo, asservandus demandatur. Ad victo-riæ hujus famam, Lundensis ocyus è Sue-ciâ in Sciam redit. neque diu hîc mora-tus, Cimbriam australē petit; ac victo-rem

rem Ericum incitat, ut regina Margareta, & episcopus Slesvicensis, anteà benigne habiti, sub custodiâ arctiore tenerentur. efficitque, ut reginæ mox excubiæ adderentur; & episcopus in catenis, ac compedibus, haberetur. Inter ista, rex Suecorum Valdemarus Sophiæ, Erici vi, ut dixi, filiæ, ante annos amplius duodecim jam desponsatae, matrimonium persequitur. quod regina cum captiva minime expeditre posset, dat negotium id Alberto Brunsvicensi, avo Sophiæ materno, ut in Daniam accederet, & ex eâ sponsam abduceret, ad Suecorum regem sponsum; simul ageret, quæ ad liberationem suam, filiique regis, pertinere existimaret: tum amicos imploraret, qui consilia, operamque, hic conjungerent. & is, dicto morem gerens, illicò in Daniam venit; Sophiamque inde abductam Enecopiæ sponso tradit: ac reversus, captâ in Holsatiâ Plonâ, cum comitibus ejus terræ, aliisque, de reginæ, filiique ejus regis, liberatione agit. cumque illud effecisset, ut regina libertati redderetur, hæc vicissim regnum ipsi nomine tutoris tradit; hactenus administrandum, dum Ericus, è custodiâ liberatus, adhiberi iterum posset. & Albertus, postquam illud admisisset, regni curam in se recipit: & ostendit, illos se habere hostes, qui Erico pridem genero, ac Christopero, ejus fratri, filioque ejus Erico, nunc captivo, adversari ausi essent. Margareta, cum in regnum rediisset, Ingeburgam, Ebseni Snarei filiam, Petri Strangii primogenitum uxorem, quod consiliis hostium communicasse diceretur, regno expellit. quæ dum fuit, Ivo, de quo statim dixi, Nicolaum, Slesvicensium episcopum, domo, in quâ servabatur, ex insidiis occupatâ, libertati restitutum, hinc in Tream, prædium quoddam suum, abducit. jamque solus rex restabat; quem & ipsum Margareta liberatum maximopè cupiebat: & obtinuit, hæc conditione tamen, ut Othoni Brandenburgico asservandus traderetur: si que interea Rendesburgum, in sex millia selsibrarum, quæ Ericus restituere tenetur, pignoratum, Holsatis redderet. ita liberato rege, claram Ivonem, Findiumque, comprehensos Neoburgum abduci jubet; ac, senatu convocato, agi in eos, ceu proditionis reos: qui pronuntiat; turpiter de- seruisse regem, ac reginam matrem, plurimosq; è nobilitate regni; & captivitati eorum, ac calamitati publicæ, ex hac ipsâ consequitæ, occasionem prebuisse: ideoque excidisse bonis suis; ac præterea meruisse, ut suspendio, in exemplum, punirentur. ad supplicium & hoc additum est; ut arx Findii, Areschovia, funditus dirueretur. Hæc cum ita acta essent, dux Albertus Brunsvicensis, cum administrandum regnum, ex reginæ Margareta voluntate, suscepisset; concitato rusticorum in se odio, & obsessus Helsingburgi, atque, arce expugnata, vix naviculâ elapsus, regno quoque ipso excedit. Rex Ericus, ut dixi, sub Othonis Brandenburgici potestate tenebatur; sed, cum posteà Hamburgi nuptiæ celebrarentur à Ioanne, ejus fratre, cum Gerhardi Holsati filiâ, atque iis Margareta interesset, mox negotium transactum est; ut ipse liber esset, & Alberti Brandenburgici, alterius Othonis fratris, simul annos pubertatis attigisset, filiam uxorem duceret, imputatis dotis nomine puri argenti selsibrarum senis millibus, quæ pro liberatione Otho frater pridem Holsatis remisisset. in super Ericum etiam patruellem in ducatum Slesvicensem sub clientis fide admitteret. Rex, jam libertati suæ restitutus, cum Erlandum, se captivo in Holsatiâ, omnia molitum adversa compriisset; ac non tantum operam in id dedisse, ut & mater, & episcopus Slesvicensis, sub custodiâ arctiore haberentur, verum etiam liberationem suam sedulò impediisse, iterum dat literas ad pontificem, Vrbanum iv, postulatque; ut, publicæ pacis causâ, quæ constare regno suo aliter nullo modo posset, removere Erlandum velit: quod si faciat, se vicissim ad obsequium qualecumque promptum fore. inde ad insulam Boringholmum, & in eâ arcem quoque Hammershusam, in potestatem reducendam, animum vertit, copiasque illuc mittit. Inter hæc Vrbanus pontifex, qui Erici literas jam accepisset, feriò ad Erlandum scribit, admonetque; ut se ultro diœcesi Lundensi abdicaret. etenim compertum habere, eam ecclesiâ, anteà florentem maximè, ac præ ceteris excellentem, nunc ambitione suâ, & avaritiâ, adeò detritam esse, ut, quæ annua selsibrarum Sterlingensium sena milia nuper admodum habuisset, nunc vix solas centum redderet. inde

CIC CC
LXIV.

violatum ipsi aliquoties sacramentum, ac consilia contra regnum sape habita, fæderaque adversa icta. suassisse etiam Iarimaro, Rugie principi, ut ducentos, ab Erico Hammershus in praesidio collocatos, trucidaret, atque arcem ipsam everteret. tum & regi, omnium consensu electo, item suo, se ferociter objecisse: atque, regem eum esse, aut futurum, impudenter pernegasse: mox que etiam coronatum, qui quis ipsum coronassent, aut consilium in rem istam, atque opem, contulissent, universos à communione sacrâ, arcuisse. postea, ab hoste captum, cum reginâ item matre, & episcopo Slesvicensi, leto animo accepisse: ac episcopo, suo quidem in Christo fratri, tunc honeste satis habito, sacri ordinis reverentia, compedes injiciendas procurasse. insuper, statuta ecclesiæ pro libidine permutasse; & Arnfastum in Arhusiensem pridem diæcesin induxisse: id que contra voluntatem ut reginæ, sic & regis; cuius patrem, dato inter sacra veneno, sustulisse diceretur. quibus rebus uti deum, regem, ac reginam matrem, quam gravissime offendisset, ita tandem se respiceret, & placare omnium offensam vellet: atque munus, quod invito quoque rege occupasset, traderet Halmstadiensis monasterii antistiti: quem ecclesiæ Lundiensi hæc de causâ commendatum item cuperet. Sed,

CIC CC
LXV.

Vrbanus cum non multo post excederet, & Erlandus id acciperet, subrogato mox Clemente, item ejus nominis IV, sperans sibi hunc benignorem fore, ad eundem salutandum, Romam excurrit. Quæ dum fiunt, cum obsidione longâ Hammershus rex in arctum redigisset, tandem etiam ad ditionem cogit: & Andream, Erlandi fratrem, illic capit. Sub id tempus cardinalis Sabinensis, ab Vrbano paulo ante obitum legatus, venit; ut tranquillitatem regno, regis, & episcoporum, amis conciliatis, procuraret. Excipit advenientem honorifice rex Ericus, edocet que rerum statum: atque ille pollicetur, se ex æquo, atque bono, omnia acturum esse. quanquam mox, promissi oblitus, parti adversæ se permiserit. etenim, in ejus gratiam, paullo post Slesvicum adesse, regem, & reginam matrem, sine exceptione jubet. quam cum institueret Ericus tam, & objiceret; antea jam concessisse, ut, constituenda paci, loci optio sua esset, ideoque demirari, cur, sententia murata, ita pro auctoritate imperium exercere vellet: tum ex-

ERICVS VII.

poneret, locum sibi, quem indicaret, nullo modo tutum esse; in quo ipse, cum reginâ matre suâ, pridem per prodictionem captus foret, & Ericus item patruus summo scelere interfactus: denique ad pontificem ipsum provocaret, indignatus Cardinalis, illico Lubecam abit. quo cum insequunti essent regni episcoli, Roschildiensis, Ripensis, Slesvicensis; & Erlandus item ipse, qui, adventus ejus famâ, iter inchoatum omiserat, accurisset; statim regi, & qui alii Slesvicum convenire recusassen, sacris omnibus interdicit: etiam mandat, ut in totâ dioœcesi Burglanensi, ob patratam præfulis Olai cædem, interdictum servaretur: ac seorsim item regi, uti scelus, ne participasse ipse videatur, vindicaret. inde scribit ad episcopum Lubecensem, imperatque; ut Ericum, Regem Daniæ, ac reginam Margaretam, ejus matrem, aliosque è sacro ordine, ceu adversos interdicto, nominatim indicatos, totâ suâ dioœcesi sacris arceat: & ni faciat, muneris erexitio nem comminatur. quibus actis, Romanum petit: & cum eo quoque Erlandus, omnium malorum auctor. Annus proximus, nil Historiâ dignum dedit; regi per quietem aëtus. qui sequenti arcem Coldingensem munit; obicem in regni limite, ad australium Cimbrorum irruptionem prohibendam, amnem quoque, qui, è proximis paludibus oriundus, urbem ipsam ad meridiem præterlabitur, & in mare se exonerat, ponte sternit: quo excurrere in ducatum Slesvicensem, quoties vellet, ac redire in regnum, posset. Hinc Faurendaliam contendit: atque cum Suecum rege Valdemaro collocutus, de negotiis, quæ ad regnum utriusque pertinere viderentur, domum reddit. Moxque Albertus Brandenburgicus, ut Erici amicitiam, & per hanc potentiam quoque dupli affinitate sibi firmorem redderet, Mechtildam, sororem ejus, per legatos in uxorem dari petit, obtinetque. Inde ad condendas leges, populo suo profuturas, animum Ericus vertit. cumque nuntiatum esset, Novogardios, Lithuanos, Monschos, & Semigallenses, in Estoniam irrupisse; oppidisque eorum aliquot interceptis, vix Revaliam se tueri, copias mitit, & Mathiam his præfectum: qui gravissime

CIC CC
LXVI.

vissimè laboranti opem ferret. is, cum etiam quiescentis, semel tandem finem classem appulisset, hoste se objiciente, imponerent. & hi referunt, id pontifici prælium init, acriterque diu pugnat, ac placuisse; ut, in gratiam restitutus, insuper argenti puri felibrarum millia quinque acciperet. verùm ille, redditum in Galliam parans, cùm adire in itinere Rügiam constituisset, diem illic suum obiens, magno regem, isto quoque inimico liberatum, gaudio afficit: sed quod clades, in Osiliâ mox accepta, temperavit. nam cum illam Lithuani, ac cum his Semigallenses, vi invaderent; & magister equitum Teutonicorum Sigefridus, qui Reviam cum præsidio istuc temporis tenebat, & episcopus Torpatensis Fridericus, ac Hermannus Lealensis, se in glacie opponerent, cecidere equites quinquaginta duo, & sexcenti ex militibus cæteris desiderati, sauciisque Lealensis, ita ut victoria hosti, quamlibet cruenta, cederet. Hinc conventus omnium ecclesiarum in dictus fuit: in quo regnum interdicto, sub quo annis novem fuerat, absolutum; decimæque, ad gerendum contra Saracenos bellum, postulante id pontifice, in sexennium concessæ. Inter hæc, cùm principum in Sueciâ fratrum odia jam exarsissent, nec extingui, Valdemaro universis dominari cupiente, ulla ratione possent, Magnus, dux Nicopiensis, imparem se illi videns, & in Daniam profugiens, opem ab Erico petit; isque eam, icto Sunderburgi fœdere, pollicetur: Magno contra, pro suppetiis, sexies argenti puri mille libras promittente. itaque contractæ copiæ; cùm è Daniâ, tum Germaniâ: addiditque rex è suis equites cataphractos centum. quis præfecti, Iacobus, Hallandiæ comes, & Stigotus, regni equitum tribunus. His auxiliis comparatis, Gothiam occidentalem Magnus petit; aut in pugnâ fortiter cadere, aut depellere Valdemarum regno, certus. neque defuit successus. quippe viator, fratrem victum huc adegit, ut, contentus Varmelandiâ, Gothiâque, quamlibet haud universâ, regnum ipsi deinceps possidendum traderet. nempe ita evenire ferè solet, ut, qui aliena bona detinere injustè cupit, sua etiam, referente vicem Deo, juste amittat. Quæ dum fiunt, rex Ericus, cùm comitia Neoburgi indixisset, huc ablegat, qui negotio Erlandi, necdum filium, cognominem sibi, trimulum tum,

ERICVS VII.

E e 2 successo-

successorem designari sibi curat. ac confessiebant proceres; nisi quod Stigotus solus minimè assensus fuerit: sive etiam tum absens, belli causâ, cui cum Hallandiæ comite anteà præfectum dixi, sive ob ætatem pueri, nimis teneram; sive quod uxori stuprum, nam & illud memoratur, rex Ericus per absentiam intulisset. Bello Suecico finito, cùm auxilia Magnus à se dimisisset, nec stipendium, ut videtur, ex-solvisset; eaque in reditu suo, pagos aliquot populata, damnem Sueciæ intulissent, mutuæ hæc res offensæ inter regem utrumque fuit: magis etiam irritatum, cùm promissa sena felibrarum millia rex Ericus postularet, neque Magnus exhiberet. itaque rescissum foedus; & quæcumque Sunderburgi anno superiore acta. atque Magnus prior etiam arma capit; &, in Scaniam irrumpens, obvia quæque loca vastat: sed, repressus ab Uffone, regni equitum tribuno, quem Ericus cum delectâ manu objecerat, pedem refert. & Ericus, ut ulcisceretur damnum, clam ad Valdemarum mittens, si obsequium præstaret, regni restitutionem pollicetur. isque apud animum reputans, se, Danorum ope victimum, regno pridem excidisse; ac, iisdem adjutantibus, se recuperare quoque posse sperans, in Erici partes transit: & denuntiat mox Magno, minimè placere sibi distributionem regni, quam instituisset nuper, itaque omnino sibi certum esse, vel redigere universum in potestatem, vel amittere etiam partem, periniquè assignatam. inde, loca multa vastans, ac ne sacrâ quidem abstinen-s, ferro, & igne, pergraffatur. inter quæ cùm copiae e Daniâ novæ advenirent, eas improvisò adortus Vffo Carolus, Suecici exercitus ductor, fundit, & in fugam agit, ducibus ipsorum captis. Ex quâ strage cùm elapsus Valdemarus se in Daniam receperisset, cum Erico se conjungit; &, acceptâ magnâ manu, Gothiam occidentalem totam invadit, diripitque: nihil prohibente Magno, & hanc Valdemari terram dictitante. quibus cladibus moti proceres, auctores fuere Magno, ut stipendio, quod debebat militi Danico, persoluto, amicitiam cum Erico, pridem initam, & diremptam imprudenter, repararet. quod & fecit; redditisque Valdemaro, quas

sacramento, cùm & ipse fidem obstrinxit, siam Lundensem pertinentibus, haud immunitates suas permisisset. pacta quoque, inter se, & Sueciæ duces, violasset; equitesque, ab expeditione Suecicâ redeuntes, cùm venissent in Hallandiam, ubi tutos se putabant, sicut esse debuissent, equis suis spoliasset. denique, odisset omnes, quos amicos sibi sciret, & amaret inimicos: adeoque in caput suum cum quibusdam conjurasset. Ac Christophorus, datis literis ad judiciale forum, quod in Sialandiâ tunc habebatur, se omnino excusare, conquerique; quòd calumnia hominum malevolorum animum regis planè à se alienum reddidisset; cùm haberet testem Deum, se illius dignitati promovendæ semper operam dedisse: quin nunc quoque pro eadem mori promptum. tertium jam alegasse, qui curaret commeatum sibi dari, quo accedere tutò posset, sui defendendi causâ: quod si minimè præstaret, atque noxa appareret, etiam paratum ad pœnam subeundam indicaret: verum nihil impetrare potuisse. immò accepisse contrà, esse quandam senatorum cum exercitu in Sueciâ, qui id agat, ut vel vivum in potestatem suam redigat, vel occidat. itaque orare omnes maximopere, uti pro se apud regem intercedant; & efficiant, ut potestas sui in comitiis publicis defendendi sibi detur: ac vel insons fratri gratiam recuperet, vel supplicium nocens ferat. Nec oratio, ut videtur, frustra fuit: &, conciliatus fratri, conventui Helsingburgensi mox interfuit: ubi pacem, inter regem Sueciæ Birgerum, & duces, ejus fratres, cum Erico ipse fratre, ac principibus item aliis, adjutavit. Sub id tempus, accusare Ericum Haquinus, rex Norvagiæ, & di- remptam saepius pacem exprobrare; atque ille respondere: nullam in se culpam esse; sed, quæ quereretur, omnia parricidis imputanda: qui, à pace alieni, factas pridem in decennum inducas, quæq; alia pacti essent, variè interturbassent. eaque omnia singillatim demonstrare. in primis vero comitem Hallandie esse; qui in redditus, regno debitos, manum ipse injecisset; graviterq; agricolas regios, subditosq; item alios, cædibus pariter, ac rapinis, dive- xasset. Quæ dum ita agitantur, lis exorta est inter Haquinum, Sueciæque ducem Ericum: quæ occasionem novæ inter Daniam, & Norvagiæ, fanciendæ pacis de- dit. Etenim Congellam Haquino, ac Varbergam, quæque alia loca Erico dederat in clientelam, repetente; & Erico, spe cum filiâ

ERICVS VIII.

filia illius matrimonii, retinere cupiente; rex Ericus, tempore utendum ratus, agere cum Haquino cœpit, uti Magnus, Birgeri Sueciæ regis filius, Ingeburgam, Haquinii filiam, uxorem duceret; paxque etiam inter Danos, Norvagosque, sempiterna sanctaretur: ac negotium istuc porrò Isefوردæ, qui tunc quidam Sialandiæ locus erat, tractaretur, ad undecimum diem Iunii. sed, mutata mox sententiâ, Hafnia pro Isefوردâ ad conventum destinata. quin prolatum etiam conveniendi tempus fuit, ac rejectum in octavum mensis Iulii. quo deinde pax æterna constituta; & filio Birgeri, Magno, Ingeburga, Haquinii filia, sponsata est: quæ pronuntiata hæres, filio deficiente. additæ conditiones; si nec Magnus prolem ex eâ masculam gigneret, ut acciperet in dotem selibrarum argenti puri sena milia. pro quâ ipse aut tantundem exhiberet, aut possessiones suas pignoraret. ac, si regnum hæredem acciperet, bina millia adderentur: quorum nomine Haquinus fidem Erico obligaret. isque efficeret vicissim, ut, Birgero restituto, filius Magnus hæres regni proximus declararetur: ac Birgerus procuraret, uti pontifex gratiam cognationis sibi faceret. insuper Haquino Ericus, pro maternis ejus bonis, quæ in Daniâ sita essent, terras alias in Hallandiâ boreali, ultra Etheram, assignaret: ceterum verò in ducatu isto tractum, sub clientis sacramento Haquinus itidem acciperet. Quod ad percussores regis, de his ita constitutum; ut, in gratiam Haquinii, cui Ericus illud dabat, conjuges, & item liberi, eorum novem, qui convicti parricidii, ac pronuntiati rei, in materna restituerentur bona, sed vendenda intrâ proximum triennium, ac deinceps etiam regno emanerent: ita tamen, ut Erico integrum foret constituere, quibus horum regnum suum, ac bonorum in eo usum, indulgere ipse vellet. alii vero, immunes criminis, sed dumtaxat sanguine parricidis juncti, quis bonorum, ante fugam in Norvagiam, præstitumque ejus regi juramentum, usus fructus indemnatis permanisset, iis etiam porrò esset, dum idoneos Erico vades darent. at conjuratorum principes, bona sua venum singiam Birgerus, & Verendiam, ac Vestmardare tenerentur; &, accepto eorum pretio, porrò item extorres forent. utque magis etiam pax fir- maretur, rex Haquinus omnibus maternis bonis, in Daniâ sitis, Erico cederet, simulatque terræ ejus universæ partem, possideret: duæ ceteræ illæ in Hallandiâ boreali traderentur. Insuper, Erico, ac Valdemaro, traderentur. ita tamen, ne Ericus arma ducibus Sueciae inferret; neque pa- cem cum iisdem Haquinus ullam, invito ipso, ciō ccc constitueret: ac, si forte inducas facere, gravi causâ impellente, cogeretur, e& admodum breves essent, & Ericum comprehendenderent. nec cum dum item sociis aliquod iniret fœdus, nisi quod & ipsi pariter, & Birgero, utile esset. in qua capita si alteruter delinqueret, Haquinum quidem, episcopus Roschildiensis, at Ericum, Ansloënsis judicaret, & obnoxium sacris omnibus prohiberet. Itaque pace in hunc modum cum Norvagiâ constitutâ, biennio post affini suo, Vratislao, Rugiæ principi, medium Gnojensis territorii partem rex permisit, pro bis mille selibris argenti puri pignoram; ac redimendam, quandocunque illud ipsi, posterisve, commodum foret. ac vi- cissim Vratislauus Monam insulam, quasque terras alias item tenebat, præter eas, quas in pignus accepisset, restituebat. præter hæc, concedere quoque Vratislao rex Ericus, uti alteram territorii, quod jam me- moravi, partem à Verlensi, cui pignorata erat, debitâ pecuniâ repræsentatâ, & redi- meret, & munitiones ibi novas strueret: hâc conditione tamen; uti, simul ac pecu- nia debita exhiberetur, & impensæ Vratislao, quas fecisset, solverentur, rex Ericus repetendi jus haberet. isque subditis illic suis, ac clientibus, imperaverat, ut obse- quium Vratislao, ceu legitimo præfecto, promptè omnes exhiberent. seorsim et- jam pollicitus, sese ipsum, ceu clientem, quandocunque usus foret, defensurum. ac promittere insuper quoque Vratislauus, bona sua, si decederet sine prole, ad Ericum, ceu hæredem, per ventura. Post hæc ani- mum Ericus ad pacandam Sueciam vertit; in quâ graviter jam dudum rex Birgerus, atque duces, ejus fratres, Valdemarus, & Ericus, dissidebant. In hanc rem conven- tum Helsingburgi fuit; aderantque, qui negotium adjutarent, dux Christophorus, regis frater, & Gerhardus, Holsatiæ co- mes, ac Henricus Megapolitanus. Hi rem totam hunc in modum transegere; ut Hel- singburgum, Strangenesam, Gothiamque orientalem, insulamque item Gothiam, & in eâ urbem Vis- maretur, rex Haquinus omnibus maternis bonis, biuum, aliasque Sueciae terras, usque ad tertiam in Daniâ sitis, Erico cederet, simulatque terræ ejus universæ partem, possideret: duæ ceteræ illæ in Hallandiâ boreali traderentur. Insuper, Erico, ac Valdemaro, traderentur. ita tamen, ne quis unquam sue ditionis arces, oppidave, ven- deret,

cicccc
x.

deret, aut pignoraret. tum injuriarum ut oblivio esset; ac captivi, obsidesve, illico dimitterentur: & immunitates subditis, privilegiaque cuncta, sarta tecta permanerent: neve alterius jurisditionem quisquam aut invaderet, aut turbaret. denique, communes uti hostes forent, ac conjunctis eos viribus propulsarent. in quod ipsum rex Ericus, principesque item alii, quotquot aderant, etiam se obstrinxerunt. Nec multo post Holsatiam Ericus itidem tranquillavit, nobilesque conjuratos comiti conciliavit, isto pacto; ut nobilibus bona sua, qualia tunc ea essent, redderentur: ac majorum ipsis jus, immunitasque, integra permitteretur. Comes vero, quam maiores potestatem habuisserent, eam ipse retineret. si quid deinceps controversiae nasceretur, jure inter se agerent: quod si insuper haberent, regem arbitrum advocarent. Actum quoque, quae munitiones dirui, quae deberent reparari, quaeve item nova fieri. Vix hæc acta, cum in Sueciâ Valdemarus, & Ericus, novum pacis, inter Daniam, Sueciâ, Norvagiamque, statuendæ, modum proferunt; nempe, se daturos operam, ut dissidia inter reges universa tollerentur: Daniæque rex Erico, Sueciæ duci, borealem Hallandiam daret, solo prefecture nomine, ceu Iacobus primus eam tenuisset, possidendam: atque is vicissim regi milites quadraginta aleret. insuper, conjugium item, inter filiam Haquinii Ingeburgam, & Burgeri filium Magnum, institutum, quantum in se promoveret: ita tamen, ut Verlensis filia Sophia conjux ipsi traderetur. qui captivi, obsidesve, è custodiâ liberi dimitterentur. Si Norvagie rex Haquinus ratam hanc conciliationem haberet, se Congellam, & captivos, redditurum: sin autem, illam, atque istos, retenturum. neque id in voto rege Daniæ fore; quem sat sciret minimè adversaturum, si antiquum Sueciæ limitem tueretur, atque eo parricidas prohiberet. Hæc cum rata rex Ericus, ac Christophorus item frater, dux Hallandiæ australis, Henricus Megapolitanus, ac Gerhardus, Holsatiæ comes, habuissent, jamque idem ab Haquino exspectarent, mox allatae ab eo literæ, quis testatur; se, quæ Helsingburgi acta, ita demum rata habere, si, quæ literis prioribus inter ipsum, & Christophorum, constituta, abrogentur: ac Norvagiæ, Sueciæque, limites intelligi velle, qui Norvagiæ sub rege Magno IV, Sueciæque Valdemaro, existissent. insuper, si rex Ericus, quod promiserat, id effice-

ret, ut Ericus, Sueciæ dux, matrimonio Ingeburgæ filiæ renuntiaret. controversia, si quæ forte obvenirent, salvâ pace, ex legibus componerentur: literisque de translatione Hallandiæ borealis in Ericum, Sueciæ ducem, caput hoc de matrimonio Sophiae, Verlensis filiæ, itidem insereretur: tum id quoque adderetur, nihil his, quæ Helsingburgi acta essent, per hæc ipsa derogari. Itaque in hæc sic conventum; ut Haquinus Hallandiæ borealis tractum, qua ad Etheram se exten- dit, titulo præfecti acciperet; & dux Sueciæ Ericus suo in Norvagiam juri, ac conjugio Ingeburgæ, Sophiae, Verlensis filiâ, contrâ acceptâ, renuntiaret. Inter hæc rex Middelfarti, arbitratus captus, controversiam inter Othonem Stetinensem, ac Rostochiensem urbem, sic composuit; uti Otho, quas habebat literas Rostochiensium, de quingentis quinque selibris puri argenti, sibi traderet, cum Molsanis, civita- tem infestantibus, civibusque transacturo: atque ipse, data in obsequium fide, & obstrictâ jura- mento, regi deinceps cum militibus quinquaginta, quovis bello, presto foret; nisi contra Valde- marum Brandenburgicum, Gerhardum Holsatum, Henricum Megapolitanum, Vitislaum Cassubien- sem, & Nicolaum Verlensem, illud forte gereretur: ita tamen, si conditiones pacis intrâ men- sem illi admittant. Tum Molsanos quoque eosdem, & Rostochienses, Valdemaro, Cimbriæ australis duci, conciliavit: qui obsequium tunc suum etiam regi appro- bavit. Apud Esthones, urbs Revalia ha- ctenus se solâ arce, & externis aliis muni- tionibus, tuebatur: itaque per Ioannem Canum, in hâc orâ tunc legatum, pomæ- ria Ericus auget; item vallo, ac fossâ, cin- git. Inde ad ludos animum vertit; quos Rostochii, convocatis e Germaniâ princi- pibus, permagnificos instituit. & sexcenti cataphracti inter se concurrerunt. alii exaugent numerum; ac sex mille & sex- centos eos dicunt. ac virtutis suæ ergo equites creati illic, præter cæteros, dux Christophorus, ejus frater, & Valdemarus Brandenburgicus. Rex, qui urbem, sibi subditam, ac paratam ad obsequium, onerare tanto comitatu nollet, in vicino illi loco, quem Rosarium appellabant, sub tentoriis eum habuit. Paullo post Henricus Mega- politanus, cum Vismariam, quæ excluse- rat, nuptias ibi celebrare cupientem, bello peteret, ab Erico auxilium orat, impetrat- que,

que. & is primò scribere Rostochiensibus, turrim castris, paulo antè à Rostochiensi-
ne Henricum Megapolitanum, prefectum apud cīo ccc
illos suum, armis usquam infestarent: quod si bus strūtam, eam post trimestre expu-
facerent, scirent, pœnam in promptu fore: ac se gnat; ac reductam in potestatem etiam
bona, quæ in Daniâ possiderent, universa amf- validius munit vallo, ac fossâ: & propugna-
suros. cumque obsequium denegarent, illi- cula ex adverso quatuor addit, prioribus
cō instrūctā classe, magnum in Vandaliam munitiora, inde arma, atque commeatum,
exercitum transfert. Accedebant in auxi- infert, longo tempore suffecturum. tum
lium, Valdemarus Brandenburgicus, Hen- præsidium imponit, satis validum, quod
ricus Megapolitanus, & vicini principes tutetur; & prohibeat portu quemvis, seu
alii; & Rostochium arctâ obsidione cingi- exire ille vellet, sine ingredi: & Henrico
tut. Rex à mari, principes terrâ illud ur- Megapolitano mandat, ut à terrâ is Ro-
gent, cumque obsidio, ob munitionem ur- stochienses premat. quæ dum facit, dux
bis, diuturnior futura videretur, rex ad ad eum Ericus Slevicensis venit; obituque
Varni fluminis ostium classem applicat; co- fratris sui Valdemari nuntiato, ut ducatum
piasque item suas illuc Valdemarus trans- eum sibi largiatur, supplex petit, obtinet-
fert. inde ripam utraque muniunt; & præ- que. inde rex in Daniam cum classe redit.
sidium, ad defensionem idoneum, isthic ponunt: tum & ostium, mersis navibus, Interim Rostochienses, unde quaque inter-
faxis grandibus repletis, item obstruunt. clusi, cum viderent, se commerciis prohi-
ac, simul id perfecissent, satis arcte obsi- beri; & accederet quoque fames, quâ
deri urbem rati domum quisque suam re- gravissimâ vexabantur; tandem poeniten-
petunt. Vix recesserant, cum egressi op- tiâ ducti, quod obsequium pridem regis
pidani, utraque hanc munitionem sum- excussissent, iram in senatum vertunt: cla-
mis viribus oppugnantes, capiunt, & de- mitantque portum eo connivente obstru-
moliuntur; & ad portum defendendum, ctum esse; ideoque senunc malis adeò gra-
turum referunt; viribusque cum vicinis vibus conflictari. itaque totâ passim urbe
civitatibus sociatis, classe Daniam inva- discursantes, velut in rabiem acti, quos-
dentes, Scanoram, Falsterboam, Ama- dam illicò cædentes, sicut eos nacti erant,
griam, & Helsingoram, aliaque item loca quosdam item capientes, ac mox rotæ im-
adjacentia, igne exurentes vastant: & ab- ponentes, crudelissimè grassantur. pauci
ductâ ingenti prædâ, domum sese mox re- quidam, clanculum ex urbe se proripien-
cipiunt. Et Ericus, ut ulciseretur cladem, tes, ad Henricum Megapolitanum elapsi,
classe instructâ, eam iterum in Rosto- opem contra eos petunt. Hoc furore in-
chienenses dicit. nova item cum principibus testino aliquamdiu agitati, cum tæderet
födera init, & Othonem Stetinensi inter tandem cædium, mittunt ad Ericum re-
istos: cui etiam offensæ, ob Molsanos di- gem, qui rebellionis veniam admodum
vexatos, gratiam facit: eâ lege, uti sibi cum demissè orarent. atque ille, ut naturâ faci-
equitibus cataphractis quadraginta militaret; adeoque, si necessitas postularet, omnes itidem lis erat, & in supplices benignus, qui-
clients, ad hoc bellum adjuvandum, exhiberet. arma nunquam nisi invitus fumeret, cum
ad eoque, si necessitas postularet, omnes itidem à regno per id tempus commode abesse
fuerint, quod negotii Megapolitano man- haud posset, id negotii Megapolitano man-
dat, territorii prefecto: qui de statu univer- dat, territorii prefecto: qui de statu univer-
so & cognosceret, & in fontes animad-
verteret. isque, regis voluntate intellectâ, cùm armato urbem ingredi non liceret,
cùm armato urbem ingredi non liceret,
currus duos, velut aliquem commeatum
subvecturos, noctu mittit. qui cùm intro- mitterentur, mox, armatâ manu irrum-
pens, portam occupat, frustra civibus pro-
hibentibus. ac progressus usque in forum,
Megapolitano, & episcopo Ripensi, arbit- aciem ibidem instruit. Vbi increbuit, & in-
tris in hanc rem captis, est composita. Rex urbe esse hostem, & jam forum occupa-
Ericus, Varno statim occupato, positis ad se, ocyüs armati cives se objiciunt. verum,

ccc
xii.

cum significasset, regis se mandato adesse, omnibusque sine armis jus dictum; ac pacem urbi, & quietem, redditum; mox ab armis universi discessere: &, compo-
to tumultu, pristinam tranquillitatem re-
cepere. Poena indicta est, uti regi, & mar-
chionibus Brandenburgicis, item Megapo-
litano, ac Verlensi, millia felibrarum ar-
genti quatuordecim tripartito solverent
intrà trimestre: ac, pecunia si deesset, ejus
vicem aut coccineos illis pannos, aut ejus-
modi merces alias, exhiberent. quod ad
templum, apud Varni ostium structum,
quod protervè demoliti ipsi fuerant, de
hoc in id convenere, uti ligneum repone-
rent. Inter ista, cum nonnulli cum Erico
Langelandico consilia in regis caput iniis-
sent, res detecta est. Conjurationis literas,
manu omnium, & sigillo, confirmatas, So-
phia, Erici uxor, cum fortassè post mariti
sui morte invenisset, mox à rege evocata,
ut susciperet è baptismo natam illi recens
filiam, secum defert, & ostendit. rexque
acceptas cum legisset, & conjuratorum
nomina percepisset, rem dissimulat; ac,
senatu Vortingburgi adesse jusso, etiam
conjuratos vocat: qui adveniunt universi.
post negotia quædam regni, indicare rex
senatui, esse qui in caput suum conjuras-
sent. ad quæ postquam senatores obstu-
pescerent, alterumque alter tacitus, ut in
talibus, adspectaret, tandem, animis con-
firmati, qui se tanti criminis expertes sci-
rent, regem orant, ut eorum nomina edat;
ac pronuntiant, ultimo suppicio dignos,
qui id scelus ausi essent. post quæ cùm pro-
ferret literas, conjurationis indices, & con-
juratorum nomina apparerent, principes
nefandi criminis, Andreas Hogbius, atque
Nicolaus Ranno, comprehensi, ac dam-
nati omnium suffragiis consentientibus,
rotis apud Vorthingburgum sunt impositi,
& consiliis sceleratis finem dignum ha-
buere. cæteris verò, inter quos episcopi
erant, Roschildiensis, Othoniensis, Vibur-
gensis, Burglanensis, & Slevicensis, ordi-
ni parendum ratus, gratiam delicti fecit;
exacto à singulis denud jurejurando, nun-
quam se deinceps ipsi adversatuos: tum
communes quoque hostes, & amicos, ha-
bituros. ac seorsim fidem obstringere Slev-
icensis, nunquam se cùm Torpatensi

dioceſi suam mutaturum esse. Paulo pòst
Rostochiensibus rex Ericus literas mittit,
quibus ipſe testaretur, se eorum privilegia
ſarta tecta esse velle, & commercia item
civibus libera utrinque dare. ac Verlensi,
bona uxoris, quæ Erici ſoror erat, ut & fe-
librarum argenti quatuor millia, quæ re-
ſtare perſolvenda exiſtimabat, Erico do-
nat: & promittit, dato in hanc rem chiro-
grapho, filiam ſe ſuam, Sophiam, nulli vi-
ro, ipſo inſcio, traditurum. Inde etiam
Helsingburgum convenere, rex Ericus,
cum Birgero, Sueciæ duce, ac Christo-
phoro, item duce, & Nicolao Verlensi;
tum Haquinus, rex Norvagiæ, cum Erico,
& Valdemaro, Sueciæ ducib⁹: ac ſtatu-
tum inter eos, uti pacem certam colerent. duces
Sueciæ, qui Ericum, & Christophorum, atque
item Nicolaum, ſpētā Sophiā, ab Erico deſpon-
ſatā, offendiffent, ſolverent Erico malclam qua-
tuor millium felibrarum Colonienſium; Nicolao,
duorum millium: tum & iusjurandum darent;
ac cum ipſis, ordinis equeſtris viri centum alii:
non ullius probri caſā, aut contumelie, Sophiam
à ſe deſertam. ſed diuinam tantum legem, vin-
culumque ſanguinis, propinquum nimis, conſcien-
tiam tenuiffe. inſuper & Nicolao per trimestre
militarent, quandoque ipſe illis indicaret: ita
tamen, ne aut in Ericum arma, aut in fæderatos
ſuos, ſive ſanguine conjunctos, caperentur. &
Ericus, comitatum Hallandiae ſeptentrionalis,
juxta tabulas, in rem eam jam confectas, duci-
bus viciſſim cederet. ac ſi controverſia quædam
aliquando inter Ericum, Danie regem, & Bir-
gerum item Sueciæ, Christophorum ducem, &
Nicolaum Verlensem, oriretur, ea Megapolitani,
& Roschildiensis episcopi, arbitrio componere-
tur. at Norvagiæ rex Haquinus, & cum illo du-
ces Sueciæ, lites ſuas Gerhardo Holsato, ac Ger-
hardo itidem Rendesburgensi, arbitrandas dein-
ceps traderent. denique duces, ad Septembris
diem octavum, Ethrebiam uſque Sophiam duce-
rent; ac jurarent, uti paclum, non ullius probri
caſā eam à ſe ſpētam eſſe. Ad hæc etiam
ſeorsim dux Ericus regi ſe Coldingæ ob-
ſtrigit, ad ferendam contra quosvis hostes
opem. Ericus inſuper Slevicensis, qui jam
pridem patri Valdemaro ſuccederat, rege
in caſtris ad Rostochium commorante,
jure ceſſit, quod in Langelandiam ſibi, &
minorem item Frifiam, vindicabat: tum
impensas condonabat, quas in Sueciā an-

ERICVS VIII,

te

ccc tē expeditione pater Valdemarus fecerat, atque ipse nuper in Rostochiensī obsidio- ne. Actum quoque, *uti bona, ad clientes regios que pertinerent, iis cuncta restitueret; utq; regni inimicos toto agro Slesvicensi prohiberet: & captivos, dignitate eminentes, sicuti nanci- sceretur, sive reos parricidii, regi traderet. de- nique stipendio suo milites regi quinquaginta, ubiunque usus posceret, exhiberet: rex q; ipsum, ceu clientem, contra hostem qualemcumque, tuta- retur.* Inter ista, in boreali Cimbriā tumul- tuatum est; rusticique & tributa, & obse- quia item cætera, denegabant: & in faci- nus incendebant quidam è nobilitate non postremi. quo cùm rex præfectum aule, & nonnullos è nobilibus, ad eorum insolentiam compescendam, ablegasset, illi, se objicientes, missos omnes cædunt, aut in fugam vertunt. atque inter cæsos fuit co- mitis Glicensis filius. id cùm rex indigna- retur, copias in eos duxit. quâ re illi intel- lectâ, se subjiciunt, & auctores item indi- cant: in quos mox est animadversum. ru- stici, mulctati bonis; ac tributum quoque novum, Guldecornum nuncupatum, dare jussi. tum, ne deinceps commovere se au- derent, propugnacula quatuor ponit; u- num, Horsenæ; alterum verò, Coldingæ; tertium, ad sinum Lymicum; quartum de- nique, Viburgi. Ex nobilibus, qui tumul- tum excitaverant, sunt proscripti, Nico- laus Brocquius, Ioannes Papæus, Nicolaus Laurentius: Petrus Porsius, in gratiam re- ceptus fuit; eâ lege, *uti denuò fidem sacra- mento obstringeret, seque ab inimicis regis separaret, & transferret domicilium in Daniam, intrâ proximum biennium.* ac pro eo viri ali- quot primarii, hiisque ex equestri ordine, fidem interposuere. In Esthoniâ, eo tem- pore constitutum est; si qui sine hærede essent, ac res suas venum darent, illo animo, ut in alia regione bona sibi alia quadam compararent, & interea morte interciperentur, ut pecunia ea om- nis fissi esset. & mandabat Bernovero, suo illic tunc legato, rex Ericus, uti eam, si for- tasse usus ferret, vindicaret. Mox Ro- schildiæ constitutum; *uti controversiæ omnes, que existarent inter regem, & Ericum, Cimbriæ australis ducem, intrâ annum proximum deci- derentur: interim amicè agerent, & inter se pacem colerent, neque in alterius damnum quic- quam alter moliretur: & clientis hic obsequium,* is auxilium patroni, ubi opus, exhiberet. Tum cīo ccc diffidium quoque ortum est, inter regem, & Brandenburgicos, quod non longè à bel- lo aberat. in causâ erat Stralesundia, quæ, infestans Vitislauum, Rugiæ principem, ab eodem repugnante itidem divexabatur. & Ericus, minimè clientem sibi deserendum arbitratus, mox suppétias illi mittit. contrâ autem, Stralesundiam tuebantur Brandenburgici: & adscito Vratislao Pomerano, Loïsitzam, aliquot obfessam dies, ac deinde expugnatam, Rugiano eripiebant. & ulterius progressurum esse malum videba- tur, cum pax facta: quâ statutum, *uti Strale- sundenses fæderi renuntiarent, quod cum Bran- deburgicis fecerant: quasque in Rugiâ, proxi- mâve continente, munitiones exstruxissent, il- licò demolirentur: dominumque item agnosce- rent Vitislauum Rugianum.* qui vicissim semper eos, ceu clientes, contra vim quamcumque exter- nam tueretur: & immunitates ipsiis, atque ju- ra, sarta tecta conservaret. capti etiam, obfides- que, libertati redderentur. His peractis, Viti- slaus Rugianus Loïsitzam, & adjunctas alias munitiones, ut à rege sub præfecti ti- tulo acceperat pridem, ita reddit. ac, re- ceptis septem millibus felibrarum Sclavi- carum, quarum nomine velut pignus obti- nuerat, etiam Morlaviam, ac Syltam, & Gnojam. contrâ rex Scaprudam tradit, cum adjecto territorio, in unius anni fru- etum. Dum hæc fiunt, natæ quædam in Esthoniâ controversiæ, de divisione limi- tum, inter regis & Teutonici ordinis sub- ditos. verùm eæ mox compositæ, à præ- facto Revalensi, & clientibus regis tri- bus, item viris ex equestri ordine quatuor: quibus id negotium permisum erat. con- firmatę item literæ, olim ordini super Har- rię territorio à rege Valdemaro datæ. tum & porrò, habito Viburgi senatu, in aucto- res Cimbricæ seditionis, de quâ paulo an- tè egi, inquisitum. ac damnati capitis, & fortunarum, viri equestris ordinis decem; totidemque è nobilitate cæterâ. Per id tempus & Dithmarsi fidem regi, & obse- quium, nisi quando in episcopum Bremen- sem arma capienda forent, offerebant. & è Sueciâ aliquot equestris dignitatis viri, ab Erico & Valdemaro illic ducibus de- sciscentes, regis sese clientelæ commis- re: isque acceptis, contra eos, qui inferre

ccc
xv.

vim tentarent, patrocinium est pollicitus. Paulo post munitionem, quam ad Varni fluminis ostium anteà communi sumptu excitatam memoravi, uti tota suâ in potestate esset, rex à Brandenburgicis redimit, 5000 felibrarum. inde Loifitzam arcem, ac subiectum territorium, Vitislao Rugiano sub clientis nomine tradit. vixq; id actum, cùm dissidium ecce quoddam novum oritur, inter Stralsundienes, & hunc ipsum Vitislaum. etenim, cùm privilegia illos sua nimium extendere existimaret, ideoq; restringenda, sicuti Vismariensisibus, ac Rostochiensibus, factum, ipsi, ope Brandenburgici, qui in partes etiam Pomeranum traxit, impetratâ, Rugiam infestis armis invadentes populantur. atque Brandenburgicus quidem, non contentus Loifiziorum partem; ac Grimmensium, & Trebesanorum item, subegisse, cùm & fines Megapolitani carperet, is, coactâ ocyùs manu, agrum quoque Brandenburgicum ferro, atque flammâ, vastat. itaque, cùm bellum grave exardesceret, Vitislaus regem ad supprias vocat. isque statim ablegato ad Brandenburgicum Ioanne Olao, viro è primariâ nobilitate, officii eum sui monet. qui respondet; *non se jura Vitislai, aut telonia, quicquam imminutum ire; sed duntaxat urbis Stralsundiensis libertatem propugnare: ac, quæ ipsi inter se pauci essent, integra, & illibata, ea fore.* Inde scribit ad Ericum Vitislaus; *se dissidi, & exorti inde belli, componendi plenam potestatem dare: quod ni faceret intrâ diem mensis Martii duodecimum, mitteret auxilio sexcentos milites. se vicissim semper deinceps contra quemvis ejus hostem copias juncturum esse.* Rex, & operam, quam petebat, & auxilium, promptè offert; ac promittit, *apud Brandenburgicum se effecturum, ut pacem habeat, & recipiat Stralsundiam, Rugiamque.* Eodem tempore Vitislaus etiam regi Monam reddit, & Coagium, aliaque territoria; quæ ab ipso dotis nomine, pignorisve, pridem accepta possidebat. Inter ista Vratissaus Pomeranus procurare, quæ ad pacem fanciendam pertinerent; &, mandato Brandenburgici, conventum indicere Broderstorpii, in secundum diem Iunii: ubi rex, cum Vitislao Rugiano, & Henrico Megapolitano, ac cum Brandenburgico ipse, controversiam dirimerent. quanquam istud, siquidem non

convenere, frustra fuit. sed à rege constitutæ tunc induciæ, inter Bernhardum, comitem Rendesburgensem, ac Dithmarsos, usque in diem Ianuarii mensis sextum: ad quod tempus, & in Daniam tutò commare ipsi, & commercia illic sua exercere quævis possent. tum & litis, quæ intercedebat regi cum Bernhardo, constituta est oblivio: ac fancitum, *uti regem ipse semper viribus suis universis adjuvaret, rexque ipsum, ceu clientem, tueretur.* Etiam Anhaltinus comes se in clientelam dedit; & urbes, Brucam, Askeslevam, & Hatskerodam: item arces, Hojam, Kuetingam, Vedestorpium, & Anhaltum: rexque illi in quingentas felibras annuas Sialandicas se obstringit. Actum etiam contra Brandenburgicos fuit; & in eos iustum foedus à Cracoviæ tunc duce Vodselao, quo rex etiam comprehensus; ut & Suecus, Norvagusque, Rugianus, atque Megapolitanus. Etiam cum Luneburgicis actum fuit, uti regi contra quosvis, solo excepto Brunsvicensi, opem ferrent. ac potissimum contra Brandenburgicos obstringebantur; ne cum illis, ipso ignaro, aut invito, pacem facerent: ac vicissim nec pacifceretur ipse etiam quicquam cum iisdem, sine eorum voluntate, & consensu: tum ad diem S. Michaëli sacrum mille his argenti felibras exhiberet. In Livoniâ, cùm res perturbatae essent per hoc tempus, rex episcopum Torpatensem, dato commeatu, evocat, & adesse ad festum S. Michaëli diem jubet, quo de rebus universis pleniùs cognosceretur. præter istud, recipit in gratiam Revalienses; & immunitates omnes, quæque privilegia largitus erat, rata habere, datis literis, se testatur. ac de moenibus, ita statuit; ut inspicerent illa per legatos: &, si arci, ac defensioni ejus, nil obessent, integra relinquerentur. Etiam australis Cimbriæ dux turbabat: cumque rex hanc invasisset, & jam præsto cum auxiliis etiam Sueciæ duces essent, qui ad venerant in Fioniam, mox induciæ Neoburgi constitutæ: duxque foedere arctiore ad auxilia, contra Brandenburgicos suppeditanda, se obstrinxit. Inde ad jus annum Ericus vertit; & feudale in Estonia ordinavit, atque leges Sialandicas in maiorem modum auxit; qui que tres duntaxat libri

libri ante illud tempus fuerant, tunc sex Falsterboæ, ac Scanoræ, civium causas cccc facti. Post hæc, sub initium anni, Marga- cognitum, constituerent: & navigia, si- reta, Nicolai Verlensis vidua, suo nomine, mul atque appulissent, illicò exonerarent. & Elisabethæ filiæ, in Erici manum tradit neque dissimilia Rostochienses Tranekere urbæ dotales, Sultenam, Rubenitsam, & beneficia acceperunt. Quæ dum fiunt, Morlaviam; insuper clientes etiam, sibi ob strictos in his locis, juramento liberatos, archiepiscopo Lundensi, Esgero Julio, lis in obsequium ejus transfert: tum promit- cum rege intercessit; ac rejecta ad ponti- tit, se Elisabetham filiam, sine ipsius volun- ficem ea fuit: cumque proprius cognita tate, minimè elocaturam: ac, si faceret, set, sententia secundum regem ferebatur: uti ipsi Lundensis quinque millia felibrarum dote, quam pollicitus esset, cassam fore. intra annos decem solveret; nec deinceps quic- rexque ei, quas debebat, felibras Sclavi- quam auderet, sive domi, sive in pontificis aulâ, cas mille solvit; præficitque bonis omni- quod cum ejus detrimento junctum foret. deni- bus, quæ marito pridem suo in Blekingâ, que, ne Borneholmiae, ipso ignaro, aliquem pre- & Lalandiâ, Cimbriaque, dotis nomine fectum imponeret: quemque impositurus esset, concesserat: idque ceu in compensatio- hunc ut rex acceptum haberet: præstioque Lun- nem juris, quod in territorium Rosto- diensi juramento, etiam polliceretur, quos extor- chiene, & suarum ditionum urbæ alias, filia Elisabetha, ob felibrarum duo millia, res is egisset, nec se illos unquam recepturum quæ quotannis, quoad viveret, ipsi per- esse. Paulo post, Nicopiam cum convenis- solvenda erant, vendicare sibi posset. Per sent, regi, & Megapolitano, comites Hol- id tempus, quidam è nobilitate Brande- sutiæ auxilia contra Valdemarum Brande- burgicum promittentes, fidem suam in e- burgicâ, postquam principes offendissent, quites centum cataphractos obstrinxere: ad Ericum profugere; oppidaque illi sua, rexque, & Megapolitanus, si quid ipsi, si- atque arces, & munitiones alias, obtulere: ve item equitatus, damni illic paterentur, rexque eos in tutelam suam accepit, & id se quoque intrâ annum præstituros pro- promisit patrocinium; ac daturum item misserunt: etiam vicissim auxilia, quando- operam, ut in gratiam redirent. Cum Eri- cuno marchionem, exciperet; cæteri, Rudolphum Saxonem, & Othonem Lu- neburgicum. Eodem tempore regis quo- nburgum illic urbem in potestatem suam que se tutelæ tradidere, Ericus Saxo, & Misniae marchionem, exciperet; cæteri, redigunt; obviumque sibi Flepum, ejus in- & vicissim operam ei quisque suam contra auxilæ præfectum, cum collectâ raptim ma- hostes qualescumque addixere. Sed mox nu, protinus in fugam agunt: retinentque captam urbem, dum induciæ inter regem, ortæ inter principes foederatos simultates; & Brandenburgum, posteâ statuerentur: ac potissimum, inter regem, Megapolita- per quas militem educere, & excedere num, equitum tribunum, & cum eo ma- num militum septem millium, in Germa- niam transmittit, ad cingendam obsidione num, equitum tribunum, & cum eo ma- Stralsundiam: copiasque item additâ Birgero, Sueciæ rege. abiere & eodem, Vitillaus, Rugiæ princeps; & Saxonæ Louwenbergicæ dux, Ericus; & Albertus Brunsvicensis; Valdemarus, atque Sueno, Slesvicenses; Gerhardus, & Ioannes, Hollati; Henricus Megapolitanus; Prebislaus mat, & largitur item nova; ut præfectum quoque Vandalus, & Adolphus Scouwen- bur-

burgicus; Guncelinus Vittenburgicus, ac Guntherus Pœpinensis: nec non alii quidam comites, ac dynastæ, è finitimâ Germaniâ. Louwenburgicus, jam prægressus, dum exspectat sequuturos, ad propinquum urbi lucum castra ponit; quæ mox oppidani invadunt, & captivum eum abducunt: atque Pomerano tradunt, qui deinde Brandenburgico. isque in custodiâ tenuit, donec, pretium libertatis, sedecim argenti puri felibrarum millia repræsentaret. cæteri, cum advenissent, ac fortunam Louwenburgici accepissent, arctè urbem ob-sedere, ut erumpere deinceps nusquam oppidani possent. sed, cum strenuè repugnarent, & rex, domi impeditus, ad exercitum non adeisset, mox ab urbe obseffores discessere. Per id tempus litem Ericus, inter comites Holsatiæ super turri Travemundæ, ac Kifhoâ item silvâ, dudum or-tam, arbiter cum Megapolitano lectus, terminavit; &, occiso posteâ ex his Adolpho Segebergæ, cum Gerhardus quoque Holsatus, & Henricus, ac Ioannes, ejus fratres, vulgo criminis suspecti haberentur, promulgato mox diplomate, ipsos, & clientes horum, infantes pronuntiavit. In Sueciâ, Ericus, atque Valdemarus, ejus regionis duces, quorum ille filiam Norvagiæ regis, Haquini, iste hujus ex Erico fratre neptem, uxorem habebat, sibi quisque auxilium à rege petunt; Ericus quidem, si Haquinus fine prole masculâ demoretur, ut ad regnum vindicandum operam navare vellet; Valdemarus autem, Erico, liberisque, se superstite, si id forte usus veniat, vitâ functis, uti itidem ad id regnum obtinendum se juvaret: ac pro isto beneficio operam vicissim suam, qualem arbitri censerent, ad id lecti, pollicentur. Inde Ericus Neoburgi dat uxori Ingeburgæ loco pignoris Lalandiam, Falstriamque, atque adjacentes terras; nunquam à successoribus suis, si decederet ipse prior, rependas, nisi persolutis prius duodecim felibrum millibus. Annæ Megapolitanæ, Henrici uxori, si marito superviveret, felibras annuas trecentas, sicut illas à præfecto Fimbriæ is accepisset, itidem solvendas statuit. Mox cum Valdemaro quoque Brandenburgico pacem facit, anteâ commissam arbitrâ; sed, quod illi principes ju-

rejurando obligare cupiebant, nullo exitu. Megapolitano etiam, uti varia, quæ accep- perat suâ causâ, detrimenta compensaret, contulit Rostochiensum, ac Sclavorum, præfecturam: & munitionum item, quæ hîc essent, quarumcunque, excepto solo ad Varni ostium Daneburgo: quod Nicolao Olai, regni equitum tribuno, eodem modo concessisset. utque porrò benè de se meritis referret gratiam, Scaniensibus, & nobilitati in primis, multa donat privilegia. tum Verlensis filiam, Elisabetham, suam ex forore neptem, Christiano, comiti Olden-burgensium, dat uxorem: & argenti mille felibras, anno post, quâm initum esset ma-trimonium, persolvendas, dotem addit. inde verso ad religionem animo, per Stol-pensem abbatem exstruit in Esthoniâ mo-nasterium Padicense, subjicitque episcopo Revalensi. Quæ dum fiunt, Ioannes Ver-lensis regi fidem, & obsequium, pollicetur contra quovis; præter patruum Ioannem, & Othonem Stetinensem, affinem suum: & vicissim rex addicit patrocinium, nisi contra patruum, quem ipse quoque ex-cepisset, & Henricum Megopolitanum: quod & illi fœderati sibi essent. In nego-tio Vratiflai Pomerani, qui consilia contra regem proximo cum Brandenburgico bello junxerat, arbiter ipse Brandenburgicus, quem adjuverat, constitutus. isque fœdus cum Erico rege init; si adversi quid accide-re, & in bellum lis erumperet, quæ cum Lun-diensi ipsi, & Erico Slesvicensi, intercederet, se in partibus ejus fore, atque arma conjuncturum. sed Christophorus, regis frater, quia pace, pridem inter ipsos factâ, comprehendendi noluisse, medium relinqueretur: neque regem contra ipsum Bran-deburgicus, neque illum contra regem adjuva-ret. Compositæ quoque ab utroque con-troversiæ Holsaticæ; ac statutum, ut Chilo-nium Henrichius, mortuo Ioanne, haberet: tum uxorem quoque duceret Catharinam, Ioannis marchionis viduam, idque sine ullâ dote. Tra-didit & marchio tunc Henrico Megapo-litano territorium Stargardæ; ac vicissim sub clientis nomine ab eo accepit Verden-hagam, & Oldenburgum. atque illo ipso tempore denuò rex, & Brandenburgicus, ad auxilia mutua se obstrinxere. Brandenburgicus, regi bello laboranti, intrâ Daniam, ca-taphractos quadraginta, & sagittarios decem, mitte-

mitteret, suo ære merituros : rex viciſſim Bran- deburgico, in Bohemiam usque ipsam, quinqua- ginta cataphractos, sagittariosque decem, in au- xilium præberet. hāc conditione tamen, uti equi leviores, qui deficerent in itinere, intrā proxi- mum ſemestre; cataphracti, intrā annum cuiu- bet rependerentur. denique ipſi, non contenti ſuā pace, aliis item fæderatis eam faciunt, ac conſtituunt; uti Rugia, Stralsundia, aliae que urbes, ac munitiones, à Brandenburgico occu- patæ, Vitiflao redderentur: nec deinceps Brande- burgicus in has quicquam aut tentaret, aut præ- tenderet; verum potius contra impugnantes alios opem ferret. rex, quæ Stralsundiensibus promi- ſiſſet, uti rata haberentur, operam daret. qui ē Daniā profugiſſent, & ad Brandenburgicum ſe contra regem contulifſent, iis venia facti eſſet: nec deinceps marchiones quenquam, in exilium à rege actum, ullo modo ad ſe admitterent. id vicifſim marchionibus rex promiſit. cui iſtud quoque datum, ut limitibus ditionum, quales anteā fuiffent, fruerentur: atque ſuos marchiones illibatos poſſiderent: quod & ſocio- rum juſ utrinque foret. Denique, in fine an- ni, etiam diſfidium, quod regi erat cum E- ricuſ Slevicensi, finem accipit: & Ericuſ, regem ſe pro domino deinceps habiturum eſſe; rex, Ericuſ, ceu clientem, defenſu- rum pollicetur. Actum quoque de com- merciis, uti libera ea eſſent; tum ut obſi- des utrinque, ac captivi, liberi dimitteren- tur: quæque illata eſſent damna, ea ut re- ſarcirentur. ac poſtrem Hennichio Hol- fato, & Gerhardo Rendesburgico, tota in triennium Fonia confeſſa fuit: ut im- penſas, quas feciſſent in auxilia, regi bello Brandenburgico ſubmiſſa, hinc recipereſt. Poſt hāc Straleſundienses in triennii tute- lam rex accepit; ac promiſit, nullam ſe fa- ceturum pacem, niſi quā & comprehenderentur ipſi. inter quæ ſi bellum regno aliquod oborire- tur, illi etiam vicifſim ad auxilia ſubmittenda tenerentur. tum & Daniæ hostes quoſvis urbe, ac portu, prohiberent. Hoc Vismariæ peracto, cūm in regnum rediuiſſet, mox tributum ſuis imperat; & agricultis, pro aratro uno- quoque, ſelibram unam; nobiles verò, & ecclesiasticum ordinem, ſimul bonorum, ac reddituum ejus anni, decimam exhibere accep- tūt. quod Esgeruſ, archiepiscopus Lun- diensis, cūm ferendum non putaret, neque impedire poſſet, metu regis, à quo dudum diſſidebat, regno clanculum excedit. & in

Sueciā Birgeruſ, ut ſe gratum exhiberet, pro acceptis ab Erico beneficiis, & auxiliis, contra fratres rebellantes, & deinceps ad hāc ipſa etiam præſtanda obſtrueret, tradit illi Vifingſoam, & Smalandiam uni- versam; poſſidendam, dum impenſæ, quæque alia accepifſet detrimenta, redderen- tur. additumque, ut liceret quoque ipſi duas hīc munitiones ſuo ſumptu, poſteā reſtituendo, excitare. Mox Slagloſiæ inter regem, & Ericum Slevicensem, ſic con- venit; uti controverſiæ omnes, quæ utri- que intercederent, ante proximum Octo- brem, Gerhardi Holsati & Henrici Mega- politani arbitrio, finirentur. Agitatæ & variæ aliorum cauſæ; placuitque, ut eaſdem illi ipſi quoque arbitri, ſeu quos alios ordinare viſum foret, judicarent. Hinc Birgero, Sueciæ regi, poſt occiſos fratres ſuos quām gravifſimè laboranti, filium ſub- miſit Magnum, equitesque in auxilium ſexcentos, ſed eventu infeliſi. Quibus hunc in modum actis, dux Christophorus, poſt multiplicem offenſam regis fratris ſemper gratiæ reſtitutus, denuo relictā Daniā Sueciā petit: & acceptis ab anti- ftite Lundienſi ſelibris mille, & quingen- tis, pignori dat ipſi Halmſtadium, & ſub- jectum territorium: efficitque apud uxo- res ducum Sueciæ; uti illæ, dum mariti à Birgero rege fratre ſub custodiā teneren- tur, eum in tutelam admitterent. inde in Scaniam copias mittit, ſub præfecto E- ſchillo Craquio: iſque arcem Orkeliun- gam, improvifo occupatam, diripit, & ſo- lo æquat. rex, ut nuntium accepit, ocius Nicolaum Olajum adverſum mittit; impe- ratque, ut Laholmum, & Falckenbergam, quæ Christophori arcēs erant, in ſuam po- teſtatem cogeret. atque ille, jufſa facit. deinde verò, ut pecuniā, belli nervum, compararet, ſelibras Scaniensēs mille octingentas ſedecim capit à tribuno regni equitum, Ludovico Everſteinio; pignorat- que ei arcem Helsingburgensem, rediſ- que omnes Scaniæ, præter ſolum juſ mo- netæ. Hinc Mathias Chetelmundus, re- gni Sueciæ præfectus, poſt Birgerum de- turbatum, Scaniensēs, quod ſuppetias tu- liſſent, cum exercitu invadit. adjungebant ſe extorres, aliique Erici hostes: inter quos & dux Christophorus, quem in Sueciā proſuſiſſe pridem dixi; & Esgeruſ item

ERICVS VIII.

Iulius,

ccc Iulius, archiepiscopus Lundiensis, qui se- ac præclarè de se meritis, uti gratiam re-
xviii. quutus eum erat; ac Canutus quoque Por- ferret, bona plurima, jure clientum possi-
fius. Impetus in Falsterboam primùm fa- denda, est largitus. utque parens regum
ctus, hinc obfessum Helsingburgum; co- primus urbem Hafniam privilegiis exor-
piæque, quas adversum Ericus misit, pro- naverat, ita ipse primus huic præfectum
fligatæ: itaque, vastatâ ferè totâ Scaniâ, dedit; vectigalia, ac quæ porrò ad juris
militem victorem abducit, ac captivos dictionem suam pertinerent, curaturum.
plus trecentos. Tandem induciæ quales- insuper concessit & immunitatem vecti-
cunque Helsingburgi inchoatæ, ac Ro- galis alicujus, tum indicti; eâ tamen cau-
schildiæ perfectæ: quibus illud constitu- tione, ne peregrinorum mercibus suas
tum, uti inter reges Daniæ, Sueciæ, Norvagie- unquam oppidani permiscerent. Eodem
que, & Erici ac Valdemari ducum liberos, in tempore Boringholmia, quæ antistitis
triennium proximum pax firma esset. si quid Lundiensis ditio erat, & incepta obsideri,
Suecus inter ista moliretur, illud Danus, Nor- postquam is ad Sueciæ duces transiisset,
vagusque, atque ducum Suecicorum item liberi, uti supra memoravi, expugnata à Ludovi-
quantum in se, prohiberent; ac rex Sueciæ, Bir- co Eversteinio, in regis potestatem venit:
gerus, dum induciæ haberentur, ipse, liberique ac tributum toto regno, in aratum unum-
eius, extra regnum versarentur: nisi Gothi, quo- quodque felibræ dimidiatae imperatum.
rum prius explorandus esset animus, & consen- tum Malmögia, alio nomine Ellebogia ap-
sus postulandus, habitationem darent. Magnus pellata, magnitudine per hoc tempus Haf-
autem, eius filius, in custodia, in quâ esset, per- niæ proxima, in adverso Scaniæ littore,
maneret, sed à vi quacunque immunis. qui pa- anteà initiiis quibusdam urbis alio loco ex-
tratae in Ericum, & Valdemarum, Suecia ducum, citatis, est exstructa: ac Revaliæ, ubi ex
caedis rei, ante induciarum initium solum verte- mandato regis ludus literarius apertus e-
rent. qui captivi, his libertas redderetur. dux rat, ut in aliis dioecesibus, rex edixit, ne
Christophorus, & antistes Lundiensis; quique crudiebros alibi liberos suos incolæ regio-
cum his profugissent, ac superiore bello ducum nis darent. tum minores ludos vetuit, &
occisorum liberos adjutassent, si inferre bellum parere detrectantibus mulctam posuit.
pergerent regi Daniæ, Sueciæve, ejusque liberis; Anni autem cum maxima annonæ caritas
iis neque ducum filii, neque aliquis Suecorum, graviter afflxit Daniam: quam Erici mors
opem ferret. Scanienses, qui se Suecis conjunxis- exceptit, cum regina Ingeburga paulo antè
sent, veniam delicti haberent. que restarent con- decessisset. Vixerat annos quadraginta
troversie, eas ipsas octo arbitri, quatuor utrin- quinque Ericus, regnauerat tres & triginta.
que dati, Helsingburgum ad vicesimum quar- Erat princeps admodum observans
tum diem mensis Iunii conventuri, judicarent. æqui, & excellens pietate; unde Pius etiam
ac si forte quedam non deciderentur, tamen sal- cognomento dictus: aliis regum tanto
væ induciæ forent. Pro induciis fidem inter- major, quanto pauciores illi, qui virtutes
posuere, præter proceres indigenas utrius- istas habent. Imminente vitæ fine, proce-
que nationis, etiam externi principes, qui
convenerant, Valdemarus Brandenburgi- res, qui circa ipsum, serio est obtestatus,
cus, Ericus Cimbricus, Henricus Meg- ne Christophorum, fratrem suum, quem
apolitanus, & Hennikius Holsatus. Per id inutilem regno sciret, sibi successorem ca-
tempus Vitislaus Rugianus, & Henricus perent. quod cum posteà negligerent, illo
Megapolitanus, etiam fidem obstrinxere, nihilominus electo rege, virtus ejus, adeò
contra hostem qualecumque, solo ex- dispari successore, & conspicua magis fuit,
cepto Vratilao Pomerano. & rex quoque & desiderata cunctis. Liberos reliquit nul-
Nicolao, regni equitum tribuno, anteà quos: quanquam eos ex uxore Ingeburga
commemorato, pro expensis pignoravit quatuordecim suscepisset. Ringstadii se-
Varnemundam, Stegeburgum, & Glam- pulcrum sibi ipse elegit; ac cænobio mul-
becam: ac promisit, si quis loca obsidere totos ideo fundos, redditusque, dedit. nec
hæc auderet, dum teneret suo nomine, se amicos est oblitus; quibus largiter legavit
auxilium laturum. Multis quoque è Livo- aurum, argentum, & nummos quosque
niâ, genere pariter & virtute eminentibus, rariores: tum & annulos, cyathosque in-
auratos: ac quæ alia istiusmodi.

I O A N N I S M E V R S I
H I S T O R I A E
D A N N I C A E
L I B E R I V.

In quo res Christophori II, Erici IX,
Valdemari III, & Olai VI.

Postquam fama de Eri-
ci obitu increbuisset, dux Christophorus, qui
in Sueciâ tum agebat, mox in Daniam con-
tendit; & episcopos, ac
senatū, in humilitatem
abjectus, quasi cliens, obtestatur, uti regem
se crearent. nec summates tantum pren-
fans, infimorum quoque gratiam, ac favo-
rem, quaslibet immunitates pollicendo,
comparare impensè studet. Idem apud re-
gni proceres comes Vagriæ Ioannes, fra-
ter ejus uterinus, agitabat; unum illum regio-
Danorum genere natum dicens, neque alium ex
eo quenquam ultra superesse: atque ita regno u-
furum, uti, cunctis placitum, certo polliceri
habeat. ac, quantumvis plures essent, qui
Christophorum præterire, monitu defun-
cti regis, statuissent; & Ericum Slevicen-
sem, quo ducatus ille regno denudò con-
jungeretur, surrogare; tamen pervicere
isti, qui coronam ipsi tradi cupiebant. Ita-
que initio sequentis anni, ad vicesimum
quintum diem Ianuarii, cum Viburgum
convenissent, dato in nonnulla capita sa-
cramento, regnum accipit, etiamsi non
coronam: quæ dilata in aliud tempus. ea
verò, in quæ jurandum dedit, hæc fue-
re: ut episcopi, & quicunque ad ecclesiam per-
tinenter, bonis suis, subditisque, ac concessò in
illos jure, & consuetis libertatibus, fruerentur:
& ecclesiæ ministeria nulli omnino, nisi gnaro
ordine ecclesiastico, populoque, deferrentur: neve
ad moverentur illis peregrini; qui ut planè alieni
à gente essent, ita linguam ignorarent. clerus
item, etiam quancunque ob causam, ad ecclesi-
asticum tantum forum in ius vocaretur, atque
ibi causas ageret; neu tributis ullis regis grava-

retur. ne ecclesiæ quisquam aliquem exhiberet, aut præficeret, nisi cui jus patroni obtigisset. ne-
que fas episcopo injicere manus, neu eundem re-
legare, ulli esset, nisi summo id pontifice impe-
rante. idem nec in clericum liceret quenquam,
nisi suo judice id decernente. monasteria ne aut
equos alere, aut canes ullos, cogerentur: jusque
archiepiscopo esset, rebus suis pro arbitrio provi-
dere. equites item, nobilesve, à convictis jure sub-
ditis, juxta regni consuetudinem, trium quatuor
selibrarum multam exigere sinerentur. iidem
neque extra regnum militare cogerentur. quod si
tamen, domi, aut peregrinè, ex mandato regis fie-
ret, is captivos intrà annum liberare, &, que-
cunque amisissent, reddere illis, antequam mili-
tiæ se rursum accingerent, teneretur. quam si de-
trectarent, tamen salva ipsis privilegia, & im-
munitates, forent. neque bellum rex inciperet,
nisi senatoribus consentientibus; neve peregrinus
quisquam arces, aut munitiones, prefecturas,
territoriae unquam ulla acciperet. tum in Cim-
briâ boreali quæ munitiones essent, præter Ripam,
& Coldingam, ac Scanderburgum, omnes solo
equarentur. Proscriptis, & eorum hæredibus,
reditus in patriam permitteretur; quæque bona
publicata præter jus, & æquum, essent, si recu-
perari possent, ipsis, liberisve eorum, redderentur.
Nulli criminis daretur, quod in regem jam de-
functum fidem suam retinuerit: immo contrà,
si negotium quis ei illo nomine facessat, huic
promptum apud regem, jam electum, auxilium
fore: excepto tamen Nicolao Olaio, regis anteà
dapifero, cui regno interdictum. daret etiam rex
operam, ut, quæ nasci controversiae inter regni
incolas possent, eæ omnes tollerentur. item, ut
captivi omnes, regis interficti causâ, sive in exi-
lum acti, dimittantur, & in patriam revocen-
tur. Additum inde de præfectis regiis, &
ibî causas ageret; neu tributis ullis regis grava-
vectigalibus, placuitque, ut commercia cives

ccc
xx.

sua sine onere ullo haberent: nisi forte aliter aliquando regi, & senatui, videretur. neve regii praefecti rusticos tributo iniquo onerarent; neu compellerent ad ea, quæ consuetudinibus regni, legibusque, adversarentur. Comitia quotannis semel Neoburgi haberentur, legibusque Valdemari omnes starent: quibus si deesset quicquam, à proceribus illud regni adderetur. nemo ad tribunal regis vocaretur; nisi cognitâ prius causâ in privato uniuscujusque foro, aut provinciæ universæ. nemo morti addiceretur, neve bonis multaretur, nisi publicè, ac legitimè, accusatus, ac convictus. qui de regni, aut provinciarum, legibus verba faceret, eum neque rex suspectum, neque odio, haberet: oneraque, que imposita post excessum Valdemari, abrogaret. in judiciis, ea ratio haberetur; uti causa primo in foro diaconos, cujusque expenderentur: inde provocatio esset ad provinciæ tribunal; hinc postremum ad comitia. istâ cautione tamen, ne quis extra solum suum citaretur. æs, contractum a superiore rege, præsens lueret; nec quis pignus exhibere, ante debitum universum persolutum, teneretur: nisi forte ea loca, aut munitiones, essent, que deberent solo æquari. neque novas leges ulla latum iri, nisi regni universi ordinibus consentientibus, idque proximis comitiis: quibus ipsis etiam liceret regi ista capita, jam prolata, vel augere, vel minuere: vel quocunque item modo, uti è regni esse videretur, immutare. In has leges mox Christophorus regnum accipit, Pascatis secundo die. quod, cùm illæ moderationem quandam præ se ferrent, & non tantum Daniam inhabitantibus, verum etiam proscriptis, gratæ essent, ad tranquilliores statum redditum censebatur. Atque statim, de quibus conventum erat, arces dirutæ, velut quedam factio num munimenta. hæredibus quoque Hermanni Glikeni, & Ludovico Eversteinio, ejusque fratri, debitum Erici fratris solutum se pollicitus rex Christophorus, chirographo obstringit fidem; interim reliqua ipsis loco pignoris Blekingiæ. insuper concedit alia; & in illis quoque causas quadriginta felibrarum: imminuto ita pignore; quod, cum anteà Scaniam complectetur universam, sicut in Erici rebus memoravi, unicam nunc ad Blekingiam est redactum. alios etiam, ordinis equestris viros, meritisque, & virtutibus, excellentes, magnâ gratiâ est dignatus. Inter ista,

CHRISTOPHORVS II, &

cùm tumultuantes Sueci manus Magno, filio Birgeri regis, contra fidem nuper datum, violentas intulissent, profugus Birgerus pater, cum uxore Margaretâ, ad Christophorum sororium se recepit. isque exceptum, non eâdem quâ Ericus pridem frater fecerat benevolentia, urbi Holbecæ præposuit. Mox Silesiæ dux Henricus fidem suam regi obstringit; & militiam, in quencunque demum hostem, pollicetur: quod & Fimbriani faciunt. Esgerus Iulius, Lundiensis archiepiscopus, qui, accepto de Erici morte nuntio, Romam abierat, operam pontificis imploraturus, paulo post in Daniam redit, comitem legatum dicens à Ioanne xxxii, tunc pontifice Romano. temere eum alii xxxii dicunt: cùm pontificatum ille demum adierit anno ccccx. ergo manifestus error. ac legatus, de quo dixi, postulabat, ut Esgero apud regem gratiæ antiquæ locus, dicecessis Lundiensis, insulaque Boringholmia, redderentur. quod & rex, Roschildiæ conventu indicto, ut pontificem devinceret, coram cunctis regni episcopis, non gravatè est largitus. Nec multo post, comitia Vordingburgi habens, uti regnum pridem acceperat, ita etiam coronam, regni insigne. insuper, ob proiectam atatem, & infirmam valetudinem, cùm Eri- cum sibi filium, domi, ac militiæ, laborum socium adscivisset, à proceribus regni petit, impetratque, uti eum successorem declararent. ita uterque, eodem tempore, imponente Lundensi, regni diadema accipit. Inde Margaretam filiam Ludovico Brandenburgico, filio Ludovici Bavari Imperatoris, puero duodecenni, desponsavit: procurante id negotium Hennebergico, qui cum magno comitatu hanc ob causam è Germaniâ accedebat. tum & Rugiam Vitislao, veluti clienti, tradit. In de Stegæ, quod est insulæ Monæ oppidum, cum Gerhardo Rendesburgico rex paciscitur; ut is milites triginta, ubi regi vi sum foret conscribendos, ultra Eidoram, & mare, vulgo Salsum nuncupatum, quotiescumque jussus foret, in auxilium submitteret: tum munitiones item qualescumque, oppida, & loca omnia, postulanti aperiret: seu necessitas propulsandi hostis esset, seu voluntas persequendi. & ab alterâ maris parte, quâ Germaniæ solum patet, ERICVS IX. totis

totis viribus, quovis loco, atque tempore, in quen-
cunque demum hostem, præter Megapolitanum,
& Holsatum, adjuvare teneretur. exceptus quo-
que Scouwenburgicus; ne auxilia ei ulla intrà
proximum triennium contra regem, liberosve,
exhiberet: ac finito denique eo arma etiam in-
ferret. si, militiâ durante, quidam equi amitte-
rentur, eos rex intrà semestre restituere, milites-
que, si qui forte caperentur, liberare teneretur.
etiam literæ, quibus fidem Ericus frater ad æs ei
alienum persolvendum obligasset, penitus abole-
rentur. Invicem auxilium rex, quandocun-
que usus foret, & tutelam, pollicetur.
Inde in comitiis, Nicopiæ Falstrorum ha-
bitis, fidem Megapolitanus regi obstrin-
git; & Rostochium, quæque ad illud per-
tinebant loca omnia, titulo clientis acci-
pit. Canutus Porsius, primæ in Hallandiâ
nobilitatis, veterum meritorum ergo,
Samsoæ, Holbecæ, & Hallandiæ austra-
lis, dux creatur. Hinc turbare regnum
ipse suum cœpit; cum, neglecto juramen-
to, ad solvendum debitum Erici fratris,
uti quidem obtendebat, maximum tribu-
tum petit, etiam à sacro ordine: &, ob-
stante Lundensi, præstitumque paulo an-
tè jusjurandum obvertente, ac proceribus
regni aliis itidem se opponentibus, odio in
eos capto, nunquam inde debitum frater-
num solvit, & concessa pridem pignora
mox retraxit. quâ re asperatis animis, ar-
ma capit Nicolaus Olajus, paulo antè re-
gni equitum tribunus. addit se Canutus
Porsius, nuper dux Hallandiæ factus; &
Esgerus, archiepiscopus Lundensis, cum
Ludovico Eversteinio, aliisque è nobilita-
te Scanicâ, aut propinquis, aut amicis. tra-
hit etiam auxilia e Vandaliâ, & Holsatiâ;
& ex Pomeraniâ item Barnevinum, illic
ducem: quem maternâ hæreditate, quæ
in Daniâ ei obvenerat, denegatâ, rex Chri-
stophorus item offenderat. Horum copiis
subnixus, impetum in Sciam facit, & ex
eâ in Sialandiam; ferro, ac flammâ, cuncta
vastans. cumque militem, quam ocyssimè
comparatum, rex objiceret, in Boringhol-
miam se recipiens, Hamerensem ibi arcem
capit properè, & munit, ac præsidium im-
ponit. inde, sociis dimissis, unde venerat,
regreditur. ac Christophorus, posteâ ho-
rum quosdam nactus, motum graviter est
ultus. Anni finem tanta hiemis asperitas

excepisse memoratur, ut constrictum ma-
re Balthicum, totos quadraginta dies, in
Vandaliam, aut Borussiam, contendenti-
bus, positis per viam hospitiis, iter oppor-
tunum faceret. Hinc Christophorus, ca-
ptam pridem à Nicolao Olajo sociisque,
uti dixi, Boringholmiam, Hameramque
illuc arcem, cupiens recuperare, justas
istuc, duce Petro Vendelba, regni equi-
tum tribuno, copias mittit. isque imperata
faciens, quanquam acriter repugnante ali-
quamdiu Lundensi, & Ludovico Ever-
steinio, illam, & istam, mox in potestatem
redigit. Inter ista, uti filiam Margaretam
Ludovico Brandenburgico, Ludovici Ba-
vari filio, à biennio despontaverat, ita nu-
ptias nunc celebrat Vortingburgi; ac duo-
decim felibrarum argenti in illum dotem
tribuit: & in pignus, quosdam in Esthoniâ
terras; posteâ à Valdemaro filio, & succef-
fore, dato pretio redemptas. Per id tem-
pus etiam equester ordo apud Esthones
dat Christophoro fidem suam, & obstrin-
git sacramento: tum argenti duo millia
felibrarum, jam promissa anteâ Erico regi,
pollicetur. inde ipse, filiusque item Ericus,
quem adscitum in societatem regni me-
moravi, ecclesiae Revaliensi, episcopisque,
& collegio universo, quæ à regibus defun-
ctis privilegia, & immunitates olim acce-
pissent, confirmavit. cumque in fata con-
cessisset dux Ericus Slevicensis, filiumque
reliquisset Valdemarum, rex, tutelam ad
se pertinere ratus, ditionem totam inva-
dit, occupatque, præter unicum Gottor-
pium: quod dum obsidet, pueri Valdemari
avunculus, Gerhardus, comes Rendes-
burgicus, jus tutelæ suum putans, & hoc
item agere regem, ut ducatum hunc re-
gno denuò vindicaret, illico coactâ manu,
initioque ad Gottorpium acri prælio, re-
gem cædit, & obsidionem solvit. Tum &
obitus Vitislai, Rugiæ principis, turbas de-
dit. etenim is Rugiam insulam, & opposi-
tam Stralesundiam, tanquam cliens regni
Danici obtinuerat: cumque vitâ excessis-
set, invadentibus vicinis in Vandaliâ prin-
cipibus, vindicare rex constituit. itaque,
gerendo bello, imperat tributum suis, in
aratum unumquodque felibram argeati:
inde urbem, insulamque, redigit in pote-
statem, atque rebellantes punit. Post hæc

ccc
xxvi.

exstruit Cnaderupum, in Sialandiā monasterium; evocatque Sorā monachos, & ad dicit facultates prosciptorum. Inde subditorum odium, hactenus occultum, erum-
pit; pariter ecclesiasticis, aliisque, indi-
gnantibus. nam *ademptam Boringholmiam*,
Lundiensis; alii episcoporum, *minui immu-
nitates*, querebantur. nobiles, *promissa non
servari ajebant*, neque patris debitum solvi;
tum *tyrannidem accusabant*; *nimiisque ex-
actionibus exhausti passim opes*: nec in bona
tantūm sua, sed & corpora seviri. etiam cives,
gravia tributa esse, quae indiceret: ac se minimè
illis pares. Hinc tumultus; à Laurentio Io-
næo, & Ludovico Eversteinio, inchoatus.
qui cùm ad se Lundiensem, atque ducem
Hallandiæ, *Canutum Porsium*, aliosque è
nobilitate plures, quos infensos item sci-
rent, attraxissent, de ejiciendo rege, ejus-
que filio, nihilo illo, ut ajebant, meliore,
foedus ineunt, ac decretum mox promul-
gant. *siquidem imperium ejus planè non ferendū
esset*, ac *compertum jam haberent*, verè ni-
mis *prædictissimum Ericum fratrem*, regno ipsum de-
trimentum, ac perniciem, allaturum, se recedere
ab obsequio, & id ceteris etiam interdictum cu-
pere. Quæ dum agitant, rex in arce Vor-
tingburgi morabatur: isque videns, Cim-
briam in se, & Fioniam, Scaniamque com-
moveri; ac conjungi Sialandiam; filium ad-
versum mittit, ipse mox subsequuturus; &
negotium pace potius, quam armis, si id
posset, terminare conaturus. filiusque, cùm
venisset Torneburgum, illic sibi subsisten-
dum existimavit; nec ducendum porrò in
hostem, nisi copiis majoribus. ac moran-
tem opprimentes Eversteinius, Porsius-
que, cum Scanorum, & Sialandorum, ma-
nu, obsedere: & post sextum diem ca-
ptum, Hadersleviam abduxere. quo Chri-
stophorus rex accepto, imparem se hosti
videns, ocyus thesaurum cogit, & evadit
in Germaniam; Valdemaro, & Othonem, fi-
lio utroque, comitatus. ubi primū apud
principes Vandaliæ, inde generum, Ludo-
vicum Brandenburgicum, rei suæ statum
exponit. hostes verò, eo ita propulsato, ac
reducto in potestatem suam regno, Val-
demarum Slesvicensem, etiam duodecen-
nem, & Gerhardum item Holsatum, arcto
föedere constringunt; & auxilia sibi mutua
stipulantur, ac promittunt. hinc ducatus

Slesvicensis, regum Daniæ beneficio ha-
ctenus possideri solitus, cùm id illi dein-
ceps nollent, maxima contentionis causa
fuit. ac foedus quidem, antea inchoatum
erat, inter patrem Valdemari, ducem Eri-
cum, & Ludovicum Eversteinium: eam-
que in rem literæ Flensburgi datæ Ever-
steinio à biennio, quibus ille auxilium ipsi,
ac tutelam, ubique aequum foret, pro-
mittebat. atque eo constituto, mox Ger-
hardus Rendesburgicus, ducis Valdemari
avunculus, eo tempore inter principes mi-
litiae, evocatus, ut proceribus fidem suam
approbaret, Vortenburgum, inter regni
munimenta tunc præcipuum, unde in to-
tam Daniam patebat aditus, ut Christo-
phoro interverteret, operam dedit. itaque
præfectum arcis eò adduxit, ut is quatuor
millium felibrarum pretio illud dederet;
&, dum hæ exhiberentur, Segebergam
contrà acciperet. Sed Christophorus, illi-
co paratâ classe, regnum repetens, & ap-
pellens, isthuc recipit: quanquam tamen,
statim à Gerardo obfessus, intercepto
commeatu, non tenere diu potuit. &, è
Falstriâ occupatâ iterum fortunam expe-
rii certus, illum quoque irritum conatum
habuit: vixque obtinuit, ut Rostochium,
ubi posteà cum familiâ aliquamdiu sedem
fixit, se recipere daretur. Ac, depulso sic
Christophoro, quo recuperandi regni
spem deinceps omnem eriperent, impel-
lente maximè Canuto Hallandico, & Ger-
hardo Rendesburgico, Ludovico Ever-
steinio, ac Laurentio Ionæo, Valdemarus
Slesvicensis à nobilitate totâ, Neoburgi
congregatâ, ad diem decimum quartum
Augusti, rex eligitur. verùm tamen, et si
auctoritate regiâ omnia deinde egerit,
quia solium præter jus, & fas, accepit, ne-
que longum tempus tenuit, substituto po-
stea Christophori filio, Valdemaro, inter
reges minimè censi debet. Dum potitur
autem regno, ut in ipso statim initio sa-
crum ordinem devinciret, dioecesi Slesvi-
censi, & collegiis item aliis, ac coenobiis,
privilegia, quæ à regibus decessoribus ac-
cepissent, confirmavit: atque idem oppi-
dis non paucis fecit. Rendesburgico avun-
culo, & hæredibus item ejus, Cimbriam
australem totam possidendam titulo cli-
entis dedit; & id ipsum episcopis assen-
tien-

CHRISTOPHORVS II, & ERICVS IX.

tientibus, plurimisque è proceribus: etiam, in majorem fidem, Germaniae finitimi principibus multis subscriptentibus. Canuto Porsio, jam Hallandiæ australis duci, borealis item data, & Callemburgum in Sialandiâ, quæque illi objacet Samsoa insula. Ludovico Eversteinio, præter ea, quæ in Scaniâ plurima tum possidebat, defuncti Erici beneficio, in Cimbriâ concessa Ripa, ac Coldinga, urbes claræ: tum & pagi, ac districtus quidam alii: insuper & prefectura Viburgensis, cum dicendi per provinciam totam juris potestate. Laurentio autem Ionæo, Langelandia, atque Arra, obvenere: redditaque Lundiensi Boringholmia, quam Christophorus eripuerat. Ioannes Vffo, judex Scaniæ constitutus. Ita regnum, factiosis partes sibi vindicantibus, miserè sub rege puero est distractum. Ioannes Vffo, & Lundiensis, controversiam de Rodnensi territorio, in insula Boringholmiæ tractu, Ludovico Eversteinio arbitrandam permisere. Et hæc intrâ regnum acta, extra illud, Hardervico, Gelriae urbi, privilegia, quæ in Scaniâ, & Scanorâ, anteà à Valdemaro, ejus nominis secundo, obtinuerant, novus rex continuavit: Staveramque, alteram in Frisiâ urbem, tunc commerciis florentem, sibi beneficio eodem obstrinxit. Canutus Porsius, jam ducatum Hallandiæ utriusque natus, uti novam dignitatem illustri aliquo matrimonio stabiliret, Ingeburgam, Sueciæ regis Magni matrem, & Norvagiæ Haquini filiam, uxorem ambit, accipitque: & ex equite dux creatus, raro sanè incremento, duorum regum vitricus pariter fit & gener. Valdemarus, non contentus variè adeò regni proceres obstrinxisse, et jam devinciendas urbes sibi existimavit. itaque Lundiæ metropoli ad immunitates veteres addit novas. inde in comitiis Helsingburgensibus controversia, inter Ioannem Vffonem, ac Lundensem, de quâ dixi, judicata est: & sententia pro Vffone lata fuit; ut is Rodnekiobstedium, ac Rodnense territorium, obtineret. Inter ista, adest è Norvagiâ Ericus, Valdemari filius, Sueciæ regis; qui Norvagiæ regi Magno cùm à sacris ad id temporis fuisset, nunc, mutato vitae genere, & deposito habitu ecclesiastico, bona in Daniâ materna re-

petitum veniebat. erant autem ea in Sca- ^{cicccc} niâ, Trelleburgum, & Malmogia inferior, ^{xxvii.} cum triente superioris; in Sialandiâ, Scel-fiscora, ac Sceppinga, quæque istuc pertinebant; in Fioniâ, Herritlofgardia, Bor-rebya, Bogensa, Hindesholmia, & Per-torpium: denique in Cimbriâ, Nessum, territorium Ierloviæ, & minoris rei alia. rex, qui Neoburgi agebat, ita statuit; uti, quæ ipsius essent, traderentur: ita tamen, si in ea aliis jus quoddam foret, ut hi nullum inde detrimentum caperent. ipse ve-rò, bona illa, quæ jam dixi, repetendi à possessoribus, qualicunque modo possent, dat negotium Ludovico Eversteinio, & Petro Brocquio. rexque, de consensu pro-cerum, & avunculi Rendesburgici, sum-ptis ab Erico Holckio, & Agone item Ivaro, mille felibris Lubecensibus, pigno-ri dat Vindebyam, Draugebyam, Boschol-holmiam, Elsemarkiam, Holmiamque, & Suartorpiam, Ebeltoftam, ac Grindaviam, & Kongsgardam. Paulo post hæc, cùm Gerhardus Rendesburgicus, regis tutor, & negotia regni omnia pro arbitrio ad-ministrans, novum aliquod tributum Sialan-diæ colonis indixisset, atque illi, id negan-tes, jam in armis convenissent, aliquos ad-sciscit sibi, sagittandi peritissimos; &, eo-rum magnâ parte telis fixâ, parte etiam a-quis miserè interceptâ, totum agmen pro-fligavit. inde, ortâ controversia, inter Me-gapolitanum, principesque Rugianos, ac de Rugiæ territorio contendentibus utri-que, in minore tunc ætate constitutis Vra-tislai iv liberis, Gripsvaldenses, qui eorum causam sibi defendendam existimabant, per legatos opem Valdemari implorant. isque equites sexcentos cataphractos illis mittit, sub avunculo Gerhardo, qui cùm istuc trajecisset, statim in fugam Megapo-litanis actis, rem composuit, facto foede-re: quod deinde, postquam discessisset, ruptum. At Christophorus, semper de re- ^{cicccc} cuperando regno cogitans, & momentum ^{xxviii.} in hoc non exiguum ratus, si Ioannem, Va-griæ comitem, fratrem suum uterinum, à Gerhardi Rendesburgici amicitia abdu-ceret, eo se consilio Lubecam recipit; &, quibusdam hoc negotium adjuvantibus, efficit mox, uti, datis vicies mille argenti puri felibris Coloniensibus, contra rebel-

CIO CCC
xxviii.

lantes Danos opem ferret : & ejecto Val-
demaro, regnum quoque, quo exciderat,
restitueret. Atque in priores quidem de-
cies mille , quia deerat pecunia , pignori
dat Falstriam, Lalandiamque ; & jus in u-
tramque regium, sicuti uterque ejus parens
pridem tenuisset , dum promissa illa sum-
ma exsolveretur : decies verò mille alte-
ras , certo tempore distributas exhiberet.
insuper , monetæ jus intrà Saxcopiam ha-
beret; & Monensia quædam prædia, cum
his quæ in Falstriâ essent, permutandi po-
testatem. Post hæc scribit ad episcopos ,
proceresque , & quoscunque aliquid in re-
gno posse gnarus esset. offert emendatio-
nem omnium, quæ admisisset; ac promit-
tit, nil deinceps, nisi ex decreto ipsorum ,
& voluntate , se gesturum. tum & in Im-
perio sollicitat principes , adeoque ipsum
Cæsarem ; ac per vim ejectum regno ,
causâ indictâ, quiritur : & auxilium im-
plorat, contra subditos perduelles. Sedulò
navabat illi operam gener Brandenburgi-
cus apud patrem Imperatorem. isque mox
Christophori filium , Valdemarum, in au-
lam recipit ; iis artibus instruendum, quæ
futuro regi , & regno , aliquando usui es-
sent. dat & ad Gerhardum literas, quibus
monet ; ut judicibus , neutri partium ob-
noxiiis , rem committat. ad quam lecti ,
Saxo, Megapolitanus, Pomeraniæque du-
ces, ubi causam cognovissent, respondere:
Gerhardum, pignus sibi creditum vindicare;
Valdemarum, regem electum juxta regni con-
suetudinem : neque eam causam ad se, aut Impe-
rium, pertinere. Nihilominus Christopho-
rus , dum nil opis à Germaniâ experitur ,
porrò Daniam sollicitans, efficit tandem ,
ut episcopi , Lundensis , Arhusiensis , &
Ripensis , plurimique è nobilitate regni ,
denuò affectum illi , studiumque, nuntia-
rent. Interim , Canuto Porsio insolentiis
se gerente, ac Verlensium item bona, quæ
in Sialandiâ ipsi possidebant , quod Chri-
stophoro, ut affines , ita quoque amici es-
sent , invadente , illi , ut se tuerentur, ac
Christophorum adjuvare magis possent ,
cum Suecorum rege Magno foedus ine-
unt. Tum Christophorus , admittente co-
mite Vagriæ, Ioanne, Henrico Megapoli-
tano, & Verlensibus , aliisque , transmissâ
classe in Lalandiam , Falstriamque , illic
obsidet Nicopiam , & obseßam ad dedi-
cionem cogit. hinc contendens Vorting-
burgum, cum exscendere pararet , & co-
loni occurrentes prohibere conarentur ,
impetu in illos factò, universos profligavit.
tum, proprie publicè ubique scripto, iis
omnibus , qui redire in gratiam vellent ,
veniam præteriorum pollicetur. jamque
Danos dominorum externorum tædium
ceperat; & urebat, arces regni, oppidaque , &
prefecturas, tribui indigenis solitas, à Germanis
possideri : qui amplissimis beneficiis , undique
exclusis ipsis , fruerentur. ea propter , de
Christophoro, post exilium , & incommo-
da tolerata , cuncta sibi meliora pollicen-
tes, de reddendo illi regno agere institue-
runt. Inter primos pacem ineunt Sialandi ,
Falstriique, & Lalandi; tum episcopi Cim-
briæ duo, Arhusiensis , ac Ripensis : quos
sequutus Lundensis , cum præcipuâ Sca-
niæ nobilitate. Hi, relicto Valdemaro , &
tutore ejus, Gerhardo, ad Christophorum
transeuntes, Hadersleviam , ubi Ericus ,
ejus filius, sub custodiâ tenebatur, impro-
visò invadentes, ipsum eripiunt , & in Sia-
landiam mittunt. Hinc Roschildiam con-
veniunt; & in gratiam à Christophoro re-
cepti, illi opem, ac vicissim ipse iis veniam
præteriorum , & benignitatem porrò ,
pollicetur. Inde Hafniam obvium Ingua-
rum sibi Hiortum habet, ordinis equestris
virum , itidem petentem gratiam , & ob-
sequii sui pignus , urbem Hafniam deden-
tem. quò cum frater uterinus, comes Va-
griæ, Ioannes, milites quosdam, qui dedi-
tionem acciperent, præmisisset, hi que mox
vexillum comitis, cui urticæ folium intex-
tum erat, in deditio signum sustulissent ,
& accedens id Christophorus animadver-
teret, usque adeò in fratrem, ceu is regnum
affectaret , irâ excanduit, ut confessim &
omitteret expeditionem inceptam , & in
Cimbriam, atque arcem Scanderburgum ,
se reciperet. ubi dum subsistit paulum , in
coenobia circumiecta missus miles, ea gra-
viter depascitur. Verùm proceres, qui dis-
cessum hunc dolebant , maximè auctores
erant, ut , cum fratre uterino reparatâ a-
micitiâ , contra Valdemarum aliquid , &
Gerhardum, regno suo profuturum , mo-
liretur. itaque , consilio illorum usus, ad-
classé in Lalandiam , Falstriamque , illic
vocato ad se fratri dat Lalandiam , Fal-

CHRISTOPHORVS II, & ERICVS IX.

striam-

CIO CCC
xxix.

striamque, Sialandiam, & Scaniam, pignus in impensas belli. sed, cum liberi Ludovi- ci Eversteinii Scaniam ferè universam sibi pignoratam haberent, & Canutus Porsius utraque Hallandiam possideret, sic cum Porsio convenit; ut retentà is Hallandiā, territorio Asboënsi boreali, Callemburgo, & Samsoā, quæ Verlensium bona forent, ea illis restitueret. Insuper Ioannes ipse, cum hæredibus Eversteinii, & Alberto, ejus fratre, cum is priùs juramentum in securitatem regni præstisset, cum Christophoro, & Erico, de tradendo in alterutrius manum Elsingburgo, atque toto illo tractu, mox transegit. rexque hinc Novem- bri mense, cum Tingstadii apud Falstrios moraretur, scripto publico testatur; *se, ac fratrem, quique partibus utriusque adhæsissent, pacem certam iniisse; traditamque illi Fimbriam, nomine clientis deinceps possidendam: at Lalandiam, unā cum Alholmo arce, instar pignoris concessam, dum argenti selibrarum duo millia, que deberet, solverentur. eodem modo etiam permissam esse Scaniam, & Sialandiam; præter urbem Callemburgum, quæque ejus tractus forent; & ad Megapolitanos, ac Verlenses, Porsiumque, pertinerent. cum antistite Lundensi, cæterisque ordinis ecclesiastici, post hanc promulgationem pacem fore: atque eam qui infringerent, mulctam, quæ expressa erat, soluturos.* Sic in co- mitis Ioannis potestatem Fimbria redacta fuit; ilque tum dynasta Holsatiæ, ac Stor- mariæ, Fimbriæque, & Lalandiæ, Falstriæ, Scaniæ, ac præfectus Sialandiæ, nominari inde voluit. Inter hæc, seorsim dat Ioan- nes operam, ut Gerhardum Rendesburgi- cum etiam Christophoro conciliaret; effi- citque, ut, induciis constitutis, is per illas, quæ habebat pignorata, retineret: rexque item bona regni, quæ restabant, posside- ret. quâ conciliatione, pax ad aliquod tem- pus fuit: ac Christophorus, cum Erico fi- lio partitus regnum, cum in Cimbriâ se- dem sibi Scanderburgum elegisset, Neo- burgum in Fioniâ Ericus cepit. & uterque, satis durè potestate suâ usus, adeò offendit populum, ut is diris, per quos restitutus ef- fet, devoveret. Ac Christophorus, Tycho- nem, episcopum Borgianiensem, quod a- speritatem ejus liberè reprehendisset, per Gerhardum duci in custodiam jubet. qui elapsus, postquam Romam profugisset, ef-

ficit apud pontificem, ut is regem, atque regnum, sacris omnibus prohiberet: te- nuntque interdictum annos septem, menses octo. Per id tempus etiam nobilitas Estho- niensis, metu quodam, ne ducatum hunc Christophorus itidem alienum faceret, li- teras ab eo impetrat, quibus nunquam id futurum testaretur. tum concedit item istud; *ut parentibus, sine masculâ prole ullâ vi- tâ functis, etiam succederent filiæ: atque post il- larum mortem, demum bona regis forent. insu- per, ut, de consensu cognatorum, genere proxi- mus pupillorum tutor esset. denique, ut judices quoque, in sententiis ferendis, pristinam liber- tam haberent.* Hinc nobilitatem Cimbri- cam concitat in Valdemarum Slevicen- sem; quo devicto, facile se & Gerhardum in potestatem redacturum existimabat: atque eum, dum adversus ipsum nihil mo- liretur, quieturum. Erant in illius partibus duo episcopi, Arhusiensis, & Ripensis: tum Abelus item patruus; nothus quidem, sed militiae uti vetus, ita clarus. ac, paratâ magnâ manu, mox Gottorpium arcem obsidet: cepissetque, ni Gerhardus, quem ab armis cessaturum existimârat, quid is ageret animadvertis, Valdemaro succur- risset, & obsidione arcem satis arcta libe- rasset. Quo peracto, cum Ioannes, Vagriæ comes, arbiter à parte utrâque postulatus, judicaret, nullo modo expedire, uti duos Dania haberet reges, agitat cum Valde- maro, ut is, certo quodam pacto, regno cedens, in Christophorum id transferret. sed negotii omnis cardo in Gerhardo ver- fabatur; qui ducatum Slevicensem, sem- per deinceps possidendum, titulo clientis ceperat: verum etiam hoc effecit, ut is sibi persuaderi pateretur. itaque mox Ri- pæ actum, ut Fioniam titulo eodem acci- peret; & Christophoro cum equitibus quinquaginta, nisi si Ioanni bellum, seu australi item Cimbriæ, inferretur, ejus sumptu militaret: Valdemarus, regium deponens nomen, in ducatum Slevicen- sem se reciperet. tum, quo majus vinculum concordiae esset, filius Christophori Ericus sororem Gerhardi, viduam Erici senioris, Saxoniæ ducis, matrimonio sibi jungeret, ac Christophorus Scanderburgum, ut Eri- cus Neoburgum, cum adjecto territorio, dum reciperet Helsingburgum, retineret:

CHRISTOPHORVS II, & ERICVS IX.

Gg 4 & Ger-

ccc xxx. & Gerhardus, pro impensis, quas fecisset, Westphaliā, & ad comites Bronckhor-
 donec eā redderentur, pignus sibi Cim-
 briam borealem haberet; solo excepto stios, consanguineos, inde auxilia petitu-
 Scanderburgo, regiā Christophori sede. ros. quibus Rendesburgum mox conve-
 Sed hic annus, ut Christophoro, pace fa- nientibus, & ad pugnam se parantibus, o-
 ctā, & recuperato regno, lāetus fuit, ita peram Gerhardus dabat, ne Christopho-
 gaudium obitus reginæ Euphemiae, mense rus, & Ioannes, copias conjungere possent:
 Julio desinente, perturbavit. Erat filia magnū, ut erat, hāc in re victoriae mo-
 Brandenburgici, septem liberorum mater, mentum ratus. quā de causā in Gottor-
 antequām regina esset; Erici, Valdemari piensi viā eum adortus, post conflictum sa-
 primi, qui Rostochii diem obiit, & alte- tis gravem, tandem fundit. diu acriter pu-
 riū, qui successit, Othonis, Mettæ, Agne- gnatum est; & Christophorus, cùm supe-
 tæ, & Margaretæ. quorum duo, regnum riōr videretur, externorum, à Gerhardo
 item tenuere; natu maximus, Ericus, vivo corruptorum, proditione, victus, & in fu-
 patre, & cum eo: Valdemarus verò alter gam aētus, vix Chilonium evasit. inter fu-
 post utrumque. Otho, in Interregno ca- gam verò Ericus, ubi se Loheda porrigit,
 ptus, ac detentus aliquamdiu Segebergæ unde praelium istud vulgo Lohedense di-
 sub custodiā, mox, potito rerum fratre, cītum fuit, equo effusus, adeò graviter se
 Valdemaro, libertati restitutus, &, rece- affixit, ut Chilonium ipsum famuli depor-
 ptus in Teutonicorum equitum sodali- tare cogerentur. captus, præter alios, O-
 tum, regno excessit, & ætatem in Boruf- tho, alter filius Christophori: ex adversa
 siā porrò egit: uti suo quodque loco sum autem parte, fauciatus & Gerhardus; ac,
 dicturus. è filiabus, duæ Brandenburgicis dejectus item equo, in discrimine non exi-
 nuptæ; Metta, Alberto; Margareta, Ludo- guo etiam ipse versabatur; ni colonus è
 vico, Ludovici Bavari filio: Agneta, in propinquo illic pago, Butelâ, accurrens
 nupta obiit. Mettam, quidam Helvigam properè, laboranti subvenisset. Eo prælio,
 dicunt; & expertem matrimonii, ut Agne- etiam Ericus Saxo cum Christophoro pu-
 tam, vitam suam finiisse. Post hæc ad ob- gnabat: cum Gerhardo, Gulielmus Or-
 sequium Christophori, & Erici filii, rediit lemundius, Burchardus Sualenbergius,
 Stigotus Andreas Biorneholmius; in au- Henricus Bronckhorstius, Nicolaus, &
 toritate cuius plurimū momenti esse, ad Gunselinus, Wittenburgici. Post hæc ite-
 aperiendam Cimbriam, rex censebat. In- rum Valdemarus Slesvicensis, cūp avunculo
 de, postquam edixisset, ne quis populum Gerhardo, animum ad regnum ver-
 convocare temerè ad arma auderet, Mi- tit: & victorem maximè nobilitas Cim-
 chaël Vrupius rusticos in regem movit; sed brica sequebatur. etiam in hāc Stigotus;
 oppressus, ipso statim in principio, poenas, qui Christophori in obsequium nuper adeò
 quas meruerat, dedit. bona ejus publicata concesserat, & ab eo Michaëlis Vrupii bo-
 mox Stigoto, in comitiis Viburgensibus, nis, uti dixi, omnibus donatus erat, cum
 omnibus consentientibus, rex largitur. fortunā animum mutans, Valdemari in
 Ioanni autem, Vagriæ comiti, mortuo per partes transit; & ab eo regni equitum tri-
 id tempus patre, cum Gerhardo, Holsatiæ bunus constituitur. quin in pignus quoque
 comite, controversia ex incertā causā or- accipit territorium Sonderense, & Diur-
 ta est. è quā natum inde bellum, Christo- sum, cum redditibus regalibus, pro argenti
 phorum, obnoxium Ioanni fratri, cuius o- centum quinquaginta selibris. Paulo pōst
 pe in regnum restitutus erat, item involvit. Christophorus rex, & Ericus item filius, ac
 qui dum arma cum Erico filio parat, sta- Ioannes, Vagriæ comes, cum Gerhardo
 tuit Ioannes eum ad Oldesloam opperi- convenere, ut is pignori acciperet totam Cim-
 ri; ut Gerhardi illic copias, è Germaniā briam borealem; item jus in eam omne, redditus
 adventuras, interciperet. is, quo majus fi- que, pro argenti puri selibris centum millibus:
 bi periculum imminere animadverteret, teneretque, donec ipse, aut hæredes, summa illa
 eo id majore curā amoliri nitebatur. ita- persolutā, redemissa. Ioannes quoque, consan-
 que miserat in Bremensem dioecesin, & guineus ejusdem, Hunsgavelam redimeret, ac
 dimi-

dimidiā Fioniam: & pecuniam exhiberet, cuius nomine utraque pignorata esset. insuper, Gerhardo cederent omnes insule, inter Cimbriam, & Oceanum; item Frisi, littori assiti, antea in pignus dati. tum Ioannes, quae in Cimbriā, ac Fionā, possedisset, omnia recuperaret. his peractis, liberi captivi essent; inter quos dux Otho in primis, & episcopus Borglanensis, eminebant. ac promitteret Borglanensis, se, captivitatis causā, nullam post id tempus litem seu Christophoro, sive aliis, unquam intenturum esse. Actum etiam de Tassingā, hæreditate Alberti Saxonis; etiam de Langelandiā, Arā, & Tranekierā arce, Valdemaro Slevicensi redhibendā: eā lege, nisi Langelandia concederetur, ejus vicem ut daretur Scanderburgum, à consiliariis illius deinceps asservandum. Tum Gerhardus, & Ioannes, mutua auxilia pacti: inter Valdemarum autem, & Ioannem, constitutum; ne alterius quietem alter unquam perturbaret: ac frumenti certa quadam multitudo Valdemaro pro redditibus, qui ē Cimbriā, & Fionā, debebantur, penderetur. Eādem pace fruerentur, ex Christophori quidem parte, Ericus Saxo, Albertus Megapolitanus, Henricus Suerinensis, & Burchardus Bremensis: ex Gerhardi, Alberti Saxo, Valdemarus Slevicensis, & Adolphus Scouwenburgicus. Hinc Christophorus recipit se in Sialandiam; ac mox inde in Lalandiam. vixque advenerat, cùm Chilonii, ex commemorato casu, filius Ericus obit. quo accepto, mittit, qui defuncti funus ad se transferant: idque advectum, & conditum aromatibus, transmutavit in Sialandiam; atque Soræ, inter cætra regum illic monumenta, regiā magnificientiā sepelivit. Per id tempus, cùm in Scaniā nimium superbè Holsati dominatum exercearent; eaque non suo more, sed libidine alienā, vivere jam cogeretur; indignati tandem indigenæ, de multipli injuriā, & extremā præfectorum avaritiā, apud comitem Ioannem conqueruntur. inter alios, maximē Eggerus Brochtorpius accusatus, Helsingburgo tunc præfectus. qui, oppigneratam sibi arcem habens, multo gravius vexabat. quā de causā denique permittere comes Lundiensi, & proceribus ejus regionis cæteris, ut, solu-
tis sex argenti puri felibrarum millibus, in quam summam nempe datum pignus erat,

libertatem ipsi suam vindicarent. sed, pecunia quia non in promptu esset, concitati passim omnes arma capiunt: & Hollatos, quotquot sibi obvios nanciscerentur, interficiunt. adeoque in ipso templo Lundensi congregatos, ac consilia de secundo motu habentes, facto impetu, invadunt, & trecentos horum cædunt. Inde, cùm viderent regnum, penè totum oppigneratum, ceu in prædam datum esse, idque Holsatiæ duos comites suā in potestate habere; nec Christophorum, nuper etiam tam insigni clade acceptā, sibi ipsi defendendo ultra parem; & nec ipsos satis se tueri posse; Magnum, Sueciæ regem, adeunt; ac se illi, omniaque sua offerunt. isque, propagandi regni splendidam occasionem minimè negligendam ratus, mox Calmariam, dicto die, convenire eos jubet. aderat illic Lundensis, aliquique è nobilitate plures, & obsequium obstringebant: atque ille, privilegia, & immunitates omnes, farta testas, tum auxilium, ac tutelam, contra hostem qualemcumque, promittebat. quod Holsati ubi factum accepere, retineri ditionem deinceps posse desperantes, eā totā mox excedunt. ac Ioannes quoque ipse, imparē se tanto adversario futurum videns, legi, quam necessitas dicebat, paret: & in Scaniā, ac Hallandiā, tum Blekingiā, Lystriāque, quæ oppignerata habebat, ne amitteret, septuages mille felibris puri argenti Magno vendit: cùm triennium eas terras violento dominatu tenuisset. certo exemplo, & principibus universis observando, imperia immoderata, & æqui limitem excedentia, inter populos animi erectioris, ac munitam privilegiis libertatem possidentes, minimè diurna esse. Inde, anno exeunte, Ludovicus Brandenburgicus cum Othonē, & Valdemaro, Christophori utroque filio, & affine item suo, contra quemvis demum hostem, maximē Holsatiæ comites, opem, & arma, pollicetur; eā lege, ut stipendia ipsi præbeant; & navigia, quibus milites trajiciant: solum excipit, quem natura impugnare prohiberet, patrem suum, Ludovicum Imperatorem. Inter ista, cùm Sax- copiam Christophorus, in Lalandiam, par-
vo admodum comitatu, advenisset, duo ex nobilitate, Hennichius Bredius, ac Ioan-

cicccc xxxiii. nes Ellemosius, rem Gerhardo gratam se facturos esse arbitrati, nihil tale exspectanti manum injiciunt, & captivum in Aleholmum arcem abducunt. quod Gerhardus, simul factum accepisset, contraria atque rati erant, indignatus, illico dimitti jubet. ac, vix libertati redditus, rerum adversarum tædio vitae satur, Nicopingæ diem obit. unde mox in Sialandiam transportatus, Soræ conditur, apud conjugem Euphemiam, filiumque item Ericum: postquam regnum tenuisset annos circiter duodecim. Erat princeps, uti malus, sic infelix: & humillimè prensando, ac precariò, regnum nactus, dum superbè administrat, id afflit, se evertit. bisque ejectus, tandem etiam filii Erici morte, quem in regni spem eduxerat, ac jam secum regem viderat, ærumnosus, ægram animam exspirat. Nihil ex amplissimo regno retinuerat, præter Scanderburgum Cimbriæ, & Fioniæ Neoburgum, cum quibusdam parvis insulis: cætera, oppignorata aliis erant. nam Hallandiam, & Holbecam, Calemburgum, ac Samsoam, Canutus Porsius tenebat; Scaniam, rex Sueciæ, Magnus; Sialandiam, Falstriam, Lalandiam, Fimbriam, comes Vagriæ, Ioannes; Cimbriam, Fioniamque, Gerhardus Holsatus; Langelandiam, & Arram, Laurentius Ionaëus. manifesto arguento, Deum, uti bonos reges amat, evehit, ac confirmat, ita malos contraria odiſſe, ac deſicere; & confilia eorum, atque regna, diſſipare. Inde

I N T E R R E G N V M

cicccc xxxiv. fuit: ac duravit annos septem. In hoc, inente anno, comes Vagriæ, Ioannes, qui Lalandiam, inter cæteras regni insulas, sibi pignoratam habebat, ne ad Scaniæ exemplum itidem se commoveret, arcem Ravensburgum struit, ac communis. Sed in regno, quanquam regem non haberet, principumque multitudo facile sanè turbas dare potuisset, summa tamen per trienium quies fuit. post quod Otho, alter filius Christophori, generoso quodam impetu, ad recuperandum regnum animum vertit. Legit militem è Lalandiæ, ac finitima Germaniæ, anteà parenti addicta; sperans se, si Cimbriæ expellere Gerhardum posset, facilem ad regnum aditum

habitum. verum ille, ut militiæ vetus erat, non se præveniri passus, eum ad Tahedam occupat; ac, consertâ manu, capit, & abducit Segebergam. ubi per trienium totum sub custodiâ detentum Valdemarus demum frater, rex creatus, ipso statim regni initio, liberavit. Operam quidem Imperator, per legatum ad Lubecenses Hennebergicum, atque duos ordinis equestris viros, sedulò dabat, ut dimitteretur rursum: & tentabant quoque illi, sed conatus non successit. quin Gerhardus, obstinato in eum animo, posteà promisit etiam Valdemaro Slevicensi, minimè se, ipso ignaro, dimissurum. Mox episcopus Borglanensis, ac Gerhardus, inter se conciliati; factâ gratiâ eorum, quæ vel ipse, vel episcopi, aliive, sacri sui ordinis viri, aut equestris, vel in Cimbriâ boreali, vel Fioniâ, sive Arrâ, aut Toningâ, contra ipsum, in captivitate suâ, admisissent. sed excepti episcopi, Arhusiensis, & Ripensis, contra quos se jure acturum Borglanensis, quod captivi reditus intercepissent, testabatur. ita tamen, ut Gerhardo controversiae componendæ jus, ac potestatem, daret. Inde Magnus, rex Suecorum, quia Scaniam, uti dixi, nactus esset, Daniæ quoque universæ inhiabat: & à papâ, Benedicto xii, per legatos postulabat, uti Scania, quæ ceu Sueciæ limen esset, & in potestatem suam nuper adeò venisset, deinceps item ad se, posterisque suos, pertineret: idque pontifex confirmaret. tum &, uti cæterum regnum, quod tyranni tunc injustè possiderent, subjugandum sibi daret. non imperio Romano subditum unquam id fuisse, sed ecclesiæ vectigale: se deinceps in obsequio semper fore, atque censum usitatum solutum. verum pontifex, ceu iniqua postulan tem, minimè audiendum censuit. Et sic Daniæ Magnus quidem imminere; sed annæ summa caritas, & hanc consecuta pestis, tum Ioannes, Vagriæ comes, gravi imposito tributo monasteriis universis Sialandiæ, ac Lalandiæ, etiam premere. Nec hoc tantum; verum etiam Valdemarum Slevicensem, aliquamdiu quiescentem, ut invaderet denuò regnum, excitavit. etenim Christophorum jam, & Ericum, quis cessisset, obiisse; & Othonem sub custodiâ, inde nunquam liberandum, detineri: Valdemarum, qui tum unus supereisset, inde longius semotum, apud Cesa-

I N T E R R E G N V M.

Cæsarem quasi honestè exulare. itaque repeteret regnum, ad quod pridem electus esset : se, quod posset, adjuturum. Verùm Dani, quos Holstati dominatus jam tædebat, animum ad Valdemarum, minimum Christophori filium, quem in Imperatoris aulâ Deus ad restituendam regno majestatem suam se posuerat, convertebant ; serio per literas eum obtestantes, ut auxilia amicorum, quos habebat in Germaniâ prepotentes, circumspiceret : domi promptum omnium favorem esse ; ac paratum unumquenque, quantam posset, opem ferre. At Gerhardus, ne quibusdam ipse regnum affectare videretur, atque ut ne poti viam ad hoc deinceps occupandum redderet faciliorem, Cimbriam illi borealem pro ducatu Slevicensi tradere induxit animum. moxque agi eâ de re inter ipsos cœptum fuit. & intererant negotio, dux Saxonie, Albertus; ac Gerhardus, comes Hojæ. quin Gerhardus, insuper illud patet fuit; ne quod unquam Valdemarus Slevicensis cum Christophori heredibus, aut Othono, tum captivo, fædus faceret, neve cum sorore eorum matrimonium contraheret : se vici sim, ne que dimissurum Othonem, nec affinitatem ullam cum eodem, ipso ignaro, aut invito, initurum. Et hi quidem inter se hæc agitabant ; sed consilia utriusque mors Gerhardi subsequuta, ut dicam, perturbavit : & ostendit illis Deus, unum se auferre regna, ac conferre. Per id tempus, Cimbria ferè universa in Gerhardum, novos passim dominos imponere ipsi cupientem, adeo exasperata est, ut tributa, quæ debebant, recusat : tum & arces, ac munitiora loca, quæ tenebat, obsideret. & Gerhardus, vindicare offensam certus, militum decem milia scribit, è Bremensibus, Westphalisque, & Rheni accolis. quos in Cimbriam borealem statim duxit : uti Valdemarum illic Slevensem, sicut pridem pactus erat, constitueret. aderant filii ; Nicolaus, & Henricus : quis cum parte copiarum aliò missis, ipse Randershusium petit, passim omnia devastans. quæ dum facit, Sueno, Arhuiensis episcopus, aliquique, in Germaniam concedentes, Valdemarum ad avitum regnum armis repetendum exhortantur : ac se lætis, & adversis, socios fore pollicentur. Inter ista Nicolaus Norerius, vir profapiâ, animoque, pariter clarus, non ferendum ultra ratus, tot jam annos Da- niam servire Holsatis, quibus dudum im- peraverat, miserè oppræssæ patriæ liber- tatem restituere, & si cum discrimine vi- tæ præsentissimo, fortiter statuit : potius ducens, si conatum tam præclarum forte eventus destitueret, morte gloriosâ cade- re, quam acerbam inter mala servitutis vitam agere. magis etiam incitabat, quod Gerhardus controversiam, pridem ipsi cum Stigoto Andrea natam, minus ex sen- tentiâ ejus diremisset. itaque ad genero- sum animi motum odio item accedente, de tollendo è medio viro, patriæ gravi, sibi etiam inimico, secum agitat. ac, prius quam facinus aggrederetur, quo honestius patraret, ut caveret, veluti ab inimico, a- micitiam renuntiat. inde noctu cum equi- tibus aliquot quadraginta septem Ran- dershusium ingressus, ubi tunc Gerhardus erat, cùm excubias illic nullas deprehen- deret, è suorum numero nonnullos ordi- nat, tympana, audito signo, quod dicebat, pulsaturos : ipse, paucis comitatus, animo, & manu, promptis, irruens in Gerhardi hospitium, & cubiculum, eum obtruncat, cum cubiculario, & sacerdote. ille qui- dem, excitatus per tumultum, ac, con- specto inimico tam infesto, consternatus, quâm humillimè deprecari, & offerre item pacis quilibet conditiones. verùm ani- mum in cædem Nicolaus obstinaverat; atque sic existimabat, illo vivo, salvam esse Daniam nequaquam posse : ac dementiæ affine, ei parcere, qui mox perditurus es- set. itaque, cùm occidisset, pulsatis, ut mandarat, tympanis, & injecto in nonnul- las ædes igne, maximo clamore urbem, ac terrore hostis animum implevere. nox, & tenebræ, trepidationem augebant; tum & quod incertum foret, quantum hostium invasisset. nec consilii, neque animi, quic- quam erat ; donec mox, comperto, pau- cos eos esse, ac ductore Nicolao Norerius advenisse, tum Gerhardum interfe- ctum, illico, arreptis armis, fugientem per- sequuntur. isque, imminentes videns, pon- tis, per quem transeundum, aliquot de- jectis tabulis, eos fistit : & obverlus etiam ipse, pugnam instituit. moxque, plurimis profligatis, & in his duobus item è nobili- tate primâ, uno tantum è suis desiderato, lento

cccccc lento gradu pedem refert. Certè facinus admodum de causâ,arma utrinque rapiuntur: & è Daniæ primatibus, magnæ virorum dormientem inter quatuor millia suorum auctoritatis, in tumultu ab Holsatis interficitur. cujus morte magis irritati Dani, & ex insulâ universâ concurrentes, ad Holsatos extirpandos impetum capiunt. ac resistunt illi quidem satis fortiter, sed Danorum, animosè irruentium, vim nequicquam sustinentes, cæsis circiter trecentis, tandem cedunt, & salutem fugâ quærunt. Henricus, locis, quæ tenebat, properè præsidio suo, quantum in hâc perturbatione potuit, communis, in Holsatiam se recepit: neque posthac prosperè in Sialandiâ quicquam gessit. Tandem regnum, quod legitimo jam annum septimum carebat,

V A L D E M A R V S III
 est consequutus. Is Christophori filiorum, qui supererant, natu maximus, annum duodecimum jam apud Cæsarem commoratus, & instructus iis artibus, quæ futuro olim regi necessariæ censebantur, cùm ad regnum vocaretur, adjuvare hoc negotium cupiens Cæsar, Spandaviæ conuentum indicit. in quo marchio Ludovicus Brandenburgicus, & Barnimus Pomeranus, transigunt cum Valdemaro Slesvicensi, & Holsatiæ comitibus, Henrico, Nicolao, ac Ioanne, ut imprimis Valdemari frater Otho è carcere dimitteretur; & affini Brandenburgico, aut fratri regi, traderetur: hâc conditione tamen, ut renuntiaret regno, nec deinceps ullum in iudicium prætenderet. insuper dux Slesvicen-sium Valdemarus novo regi conjugem sorem daret; & in dotem vices quater mille argenti puri solidos, detrahendas de centenis illis millibus, in quas Cimbria, & Fonia, pridem pignoratae essent. excipi Alburgum tamen, & Vensyssela, Himmer-fyssela, Thyefyssela, aliaque territoria: quæ confestim, pignorationi exempta, in compensationem dotis, Valdemaro tradentur. ac paterent reliquæ item arces Cimbriæ, & Calloa ante omnes, inde Hor-sena, & Ripa, ac pars quarta adjacentis territorii, si redimere aliquando eas vellet. tum statutum, ne Gerhardi percussio-nes Valdemarus tueretur: sed se ipsis, qui ponendis occupatur, subitâ contentione que adjuvare euperent, inimicum exhibe-nter Danos, & Holsatos, ruri natâ, levi ret, inde de agrorum censu, quem persol-verent

verent coloni, & exigerent partis utriusque scribæ: tum de mutuis auxiliis, & exilibus revocandis, ac resarcendis damnis, quæ illata per auxilii tempus essent, actum fuit. denique, quid sponsæ suæ Hedevice Valdemarus propter nuptias donaturus post peractas illas esset. in quam rem tunc nominata arx Ripensis; ac moneta item urbis, molendinum, & telonium, qui que huc spectarent redditus. moxque hæc Lubecæ etiam confirmata: sed pro Ripâ, quam donandam propter nuptias visum fuerat, si fortasse ante Valdemari obitum ea non redempta esset, placuit Alburgum dari. Et hæc quidem rata fore, fidem interposuere, pro rege, affinis Brandenburgicus, dux Barnimus Pomeraniæ, Ulricus, Lindaviæ comes, Guntherus Suartsenbergusonius, & Albertus Megapolitanus: nomine verò Valdemari Slesvicensis, dux Saxoniæ Albertus; Henricus, Nicolaus, & Ioannes, Holsatiæ comites; Philippus Scouwenburgicus, Cunradus Oldenburgicus, Cimbriæque borealis arcium præfecti quatuor. ac seorsim rediere in gratiam cum Valdemaro rege comites Holsatiæ, Nicolaus, & Ioannes: rexque ipsis est te status, se Fioniam iis insulam, quæque ad illam pertinerent, in argenti puri selibras semel & quadragies mille pignoratam reliquisse: neque, quod ad idem pignus, neque & ob Arram insulam, quicquam unquam objecturum; donec illud, atque istam, liberaverit. tum & addidit; de exilibus, qui cum ipso solum verterint, cognitum Ioannem Holsatum: quæque hic prænuntiaverit, ea sibi rata fore. insuper & de auxiliis invicem præstandis actum; utque Marquardus Rostripius, quive alii in Fioniâ, Cimbrave, bona pignorata habeant, dum redimentur ea, possiderent. etiam de fratre Othonne constitutum; ut, si quando libertati redetur, hæc id cautione fieret, ne quid comites Holsatiæ in pignoribus usquam detrimeni caperent. Ac seorsim Valdemarus Slesvicensis cum comitibus Holsatiæ Sunderburgi sic convenit; ut, redemptâ in usum regis Cimbriâ septentrionali, bona alia in australi redderentur. Scaniæ, rex Sueciæ, Magnus, cui pridem ab Holsatis traditam commemoravi, ac seorsim archiepiscopo Lundiensi, privilegia, & immunitates suas, per hoc tempus confirmavit. Idem Valde-

marus fecit Danicæ nobilitati, uti sacro quoque ordini, cæterisque regni incolis; ac præteritarum rerum, tam in se, quam in parentem, admissarum, statuit oblivionem: postquam, Stolpam pignoratam liberare cupienti, ac pecuniæ indigenti, in rem eam pariter matronæ, & virgines, mundum omnem muliebrem contulissent. Inde, ineunte anno, Henrico ac Nicolao Holsatis Helsingburgi rex promittere; si decederet sine prole, aut herede, Fioniam ipsorum fore: sed, si proles aliqua, aut heres, esset, integrum futurum sibi, atque illis, quandocunque commodum foret, hanc, & adjacentes insulas, liberare. etiam obstringere sese; si, quæ pacta Helsingburgi, ac Lubecæ, violaret, integrum iisdem fore, arces regias Sialandæ, Vordingburgum, & Corsoram, occupare; ac, dum ea implevisset, retinere: idemque juris in Fioniæ castella, Neoburgum, Orkelam, & Hinnegavelam, ipse haberet, si vicißim illi fallerent. Hinc Roschildiæ confirmat Hafniensibus privilegia, quæ superiores reges concessissent. & Arhusii pollicetur Slesvicensis, ni Ripenses ante festum Pentecostes anni proximi iuramento fidem suam regi obstringerent, se, quod sibi præstisset, remissurum, ac deinceps irritum habiturum esse. Inde agitabat animo, ut redimeret ab Holsatis arces quasdam; & in hanc rem calicem è quoque templo peti jubet. sed conflatam hinc pecuniam in stipendum miles cepit, neque ulla arx redempta est. Post hæc bellum novum exortum, ex hæc causâ. Non putabat Valdemarus, Callemburgum, ac Samsoam, à Christophoro parente Canuto Porsio, sed marito Ingeburgæ primo, Erico, Sueciæ duci, sub clientiis titulo datam: ideoque, eo mortuo, non jam ultra ad Ingeburgam pertinere: sed in regis potestatem recidisse. at Ioannes, Vagriæ comes, cui Sialandia oppignerata pridem erat, suum jus in arcem urbis Callemburgi obtenebat. hinc obsidione cingi oppidum à Valdemaro coepit. quo Ioannes intellecto, opem obseffis allatus, militem confestim legit: & auxilia sua addunt, Ingeburga, Holsatiæ comites, ac Vandalicæ quædam urbes. ubi omnes convenissent, mox obseffi, illud gnari, acriter erumpunt arce; &, in copias Valdemari imparatas invadentes, eas fundunt, ac profligant. Sic solutâ obsidione, placuit utrique parti,

CIC CCC
XL.

ut utrinque viri quatuor, fide, & prudentia, clari, legerentur; ac, Roschildiam sub Octobris mensis finem convenientes, controversiam dirimarent. quorum arbitrio si qui stare recusarent, tum hi iusjurandum darent, nihil sibi aliud aequius, meliusve, visum esse. at, si ipsi quoque arbitri inter se se dissiderent, nec quid constituere possent, evocato Helsingoram archiepiscopo Lundensi tota res permitteretur: quodque illi et quum, & bonum, videretur, ratum foret. Eodem modo, quod dissidium inter regem, & Holsatiae comites, exortum esset, Henricus Broctorpius, & Henricus Sedelitzius, cum duobus quatuorve consiliariis regis, in Fioniam profecti, apud comites terminarent. ac, si neque inter illos conveniret, regi Sueciae, & Saxoniae duci Alberto, aut alterutri eorum, omne id negotium committeretur: & quod hi constituisserent, ratum utrinque haberetur. Cum Ingeburga, rex seorsim transfigit; uti sibi Callemburgum statim redderet: borealem verò Hallandiam, quoad vivaret, retineret. Per id tempus, luctus aulam Valdemari occupavit, mortuam Margaretam amitam, olim regis Sueciae Birgeri conjugem: quae Ringstadii, ad mariti sui latum, tumulata. Iam erigere se se Dani, restituto Valdemaro, incepere; & superbum Holsatorum dominatum non ferentes, se paullatim objecere. tum praefecti arcium, qui Dani essent, & in Valdemari obsequio, durius cum illis agere, ut cum ipsis etiam vicissim Holsati. quae res cum utrinque saepè cædibus occasionem, ac rapinis exhiberet, factum tandem, ut Fridericus Lahlenius, regni equitum tribunus, & Marquardus item Scanus, Vordingburgensis præfectus, lecto undecunque milite, ac congressi, acri pugna decertarent: in qua victor Fridericus, adversarium fudit, & in fugam egit. Inde rursum constitutum inter regem, & Holsatos, ut deinceps regni arces, queque alia territoria sibi pignorata haberent, possiderent. Mox Sialandia varie direpta fuit, ab indigenis, exterisque; & Coagium, inter primas regni urbes, totum exustum: aliasque passim urbes quam miserrime devastatae. ac commissa inter Danos, & Holsatos, ad Flasmollam, circa ultimum Septembrem, acris pugna: in qua captus à victoribus Holsatis Boëtius Falculus, primi apud regem loci. quæ accensi clade Dani, ubicunque convenire Holsa-

CIC CCC
XLII.CIC CCC
XLIII.

tos vident, impetum in eos faciunt, & ad pugnam provocatos passim cædunt; ac, tumultu fortè exorto, ad trecentos contruidant: paxque etiam, inter regem Sueciæ, & Valdemarum, constituta. Hinc Ringstadium. Valdemarus castra movet: inde etiam Slaglosiam. unde cum Cororam versus contendisset, mox Liungam retrograditur: & Ringstadium postquam castra reduxisset, Roschildiam itinere capto, militem in hiberna mittit. Per id tempus, Sueno, Arhusiensis episcopus, ac Jacobus item Paulus, diaconus Roschildiensis, in Roschildensi viâ comprehensi; Padbornam, arcem quandam Sialandiæ, abducuntur: ac continuò hâc de causâ, ex statuto Vedelensi, toti regno sacris omnibus interdicitur. Hinc Stigotus quoque Andreas, Biorneholmius, permittente Valdemaro, cum Calloam Nicolaus tum Limbecius possideret, debito repræsentato, liberam facit. itidem rex Valdemarus Falstriam, Nicopiamque, à Christophoro pignoratam Vagriæ comiti, redimit, & regno reddit: obsidesque eo nomine, cum Henningius Podebusius, tum Macarius Broscovius, dimittuntur. ac deinde, in conventu Varbergensi, proceres Scaniæ, præter hanc transactionem, quæ cum Magno, rege Sueciae, habita Calmariæ fuerat, ut supra memoravi, denuò eam regno Sueciæ in perpetuum addicunt. Paulo post, cum Valdemarus ex uxore Hedevigâ filium, Christophorum nomine, sustulisset, pacta pridem inter ipsum, & Holsatos, cessavere. denuoque inter se se convenere Sunderburgi, uti lites, si quæ fortè nascerentur, Valdemarus Slesvicensis terminaret: illis verò, si negotium quis facesse, aut inferre bellum, vellet, neque res componi posset, opem ipse, contra quemvis hostem, ferret ac, si inter regem Sueciae, & Stetini quoque ducem, comitesque, controversiae aliquando aliquid exoriretur, cum eorum nemine conferret arma, propter fædus, quod cum eo sibi rege intercederet; verum operam navaret, ut dissidium componeret. Hinc Limbecio, regni equitum tribuno per id tempus constituto, dat negotium, ut Soburgum ab Holsatis, dato pretio, in quod pignoratum erat, Daniæ recuperaret: &, dimisso custodiâ Suenone, præsule Arhusiensi, ac diacono Roschildiensi, Iacobo Paulo,

sacra

sacra regno, quibus illi nuper hâc occasio² fideret: cùm Corsoram, & Petroburgum, ^{cicccc}
 ne interdictum memoravi, restituta. Mox paulo antè Daniæ restituisset. quæ Holsati ^{xlv.}
 ab Ingeburgâ quoque, viduâ Canuti Por- cùm acciperent, subvenire suis certi, cum
 sii, matre Magni, regis Sueciæ, ac Norva- armatâ manu accurrrunt. ac pugnatum va-
 giæ, Callemburgum urbem recipit; Ma- riè fuit; cùm mox, Magno, Sueciæ rege,
 gno Sueco utranque Hallandiam, quia adjutante, pax initur: eâ lege, ut Lalan-
 pridem Scaniæ proceres sese illi tradidis- dia universa Valdemaro redderetur: isque
 sent, retinente. quam rem certè Valdema- invicem Ioanni, Vagriæ comiti, solveret
 rus, quia nunquam ea pignorata fuerat, argenti felibras octies mille. Lalandiâ re-
 sed Erico, & Ingeburgæ, Magni utrique cuperatâ, Vordingburgum castra movet,
 parenti, tantum in præfecturam data, ægrè idque expugnat. Inde, animum applicans
 ferre. Hinc, conventu apud Viburgenses ad pietatem, ordinatis in Esthoniâ rebus
 habito, statim in Frisios, quod tributum sacris, maximum apud Revalienses tem-
 annos totos quatuordecim non solvissent, plum, à majoribus suis conditum, & sacra-
 militem ducit, & in potestatem eos suam tum Dei matri, binis ædificiis auget: & in
 postquam probè muniissent, neque tabu- supplicationes fieri, peragiique sacra man-
 læ pignorationis istud continerent, suam dat. addit etiam redditus, ad pios usus; &
 esse hanc munitionem diceret. neque id id templum, si quid detrimenti caperet,
 expugnat tamen: sed, induciis constitutis, reparandum. quin sodales quoque sacros
 ab obsidione abit. Ad tutelam Esthoniæ in tutelam suam accipit: idque, ne quis
 pariter, Daniæque, equitibus Teutonici ignoraret, scripto publico adtestatur. hinc
 ordinis, in Esthoniâ commorantibus, atque peregrinationem facram instituit; & mili-
 Narvam sibi defendendam tradi postulan- tiam in paganos, Lituaniā incolentes.
 tibus, acquievit, & in annum unum dedit. quam ob causam iter in Borussos capit; &
 Inde pactum cum australis Cimbriæ duce, adsciscit comitem Othonē fratrem, inter
 Valdemaro, novum init: & obsequium Val- equites Teutonicos tum receptum: quod,
 demarus sempiternum regi, ac reginæ, obstrin- ne regno gravis esset, anteâ decretum
 git: atque rex, si superviveret, ejus se duca- fuerat. insuper in comitatu Ericus erat,
 dum, uxorem, liberosque, donec ad ætatem justam attigisset, & inducias cum paganis con-
 pervenissent, defensurum pollicetur. uterque futas afferretur, nil cunctandum illic ra-
 vero, amicitiam inter se constantem coleret, & tus, in Livoniam contendit; &, acceptis
 auxilii indigentem, qualicunque occasione, ad octodecies mille puri argenti felbris, or-
 juvaret. Per id tempus & Holsati, maximè dinis Teutonici equitibus Esthoniā ven-
 qui comitis Ioannis partes sequebantur, dit: contra pactum & Christophori pa-
 Sialandiam invadentes, varia insulæ ejus rentis, quo is caverat, ne quis unquam suc-
 loca, & Ringstadium inter ista, "devastâ- cessorum à regno illam separaret; & nobis-
 runt. contrâ Dani, denud Nestwediense litatis quoque Esthoniensis, quæ jurave-
 munimentum invadentes, illud, & Gun- rat, se ab eo nunquam recessuram esse. nec
 derfleholmiam, atque arcem Padebor- subscriperat tabulis venditionis quisquam
 nam, cæso equitum tribuno, aliisque, in regni senatorum, præter Stigotum An-
 potestatem redegerunt. rexque Olao, epi- dream, tunc ducatus ejus præsidem: nec
 scopo Revaliensi, Cylpanorum civitatem, exemplar, nisi ferò, in illorum manus ve-
 mortuo Ioanne Rodio testamento acqui- nit: cùm Polonicus legatus, in conventu
 sitam, venum dedit: ac collegii itidem Stetinensi, de constituendâ pace inter Da-
 Revaliensis privilegia confirmavit. Mox niam, Sueciamque, id exhibuit, anno mil-
 Holsatis, quis Lalandiæ præfecturæ, atque lesimo, quingentesimo, septuagesimo.
 arces, pignoratæ, se redimere eas velle Cùm Esthoniā vendidisset, mox rede-
 indicavit; & in insulam ablegavit regni mit, quæ sororius Brandenburgicus in eâ-
 equitum tribunum, cum mandato, ut mu- dem dotis nomine possidebat; ac vicissim
 nitiora loca, quæ præsidio tenerentur, ob- Valdemaro is tradebat codicillos, quibus

CIO CCC
XLVI.

illum à promissâ ad hæc defendenda ope liberum pronuntiabat, atque satisfactum sibi testabatur. Cùm deinde in Germaniam proficisci statuisset, quosdam è nobilitate regni sui præsto esse apud Brandenburgicum jussérat, & adventum exspectare. qui cùm circa Falstriam detinerentur à Ioanne, Vagriæ comite, admodum indignè tulit. Post hæc, quasi pietati primâ expeditione in paganos Lituaniæ, de quâ dixi, nondum satisfactum esset, in Palæstinanam, procul regno, iter capit; comitem Ericum Saxonem, plurimosque è nobilitate primâ, secum trahens. cùmque ad sepulcrum Christi, quod in eo tractu visitur, accessisset, nihil sibi prius duxit, quām ut inter equites Templarios reciperetur. idem & Ericus facere, & nonnulli è nobilitate alii. ac receptus, à præfecto monachorum, qui sepulcrum asservabant, seriatim oratione admonetur, *uti fidem Christianam, ad exemplumdecessorum, qui hanc olim in Ethoniam intulissent, summâ ope tueretur.* Inde redux, statim Rendesburgum redimit, cùm non multo antè filiâ Ingeburgâ auctus esset. Moxque ad repetendas arcas animum vertens, eas, quæ in Sialandiâ reliquæ erant, & Nicopiam item Falstriæ, Stegam Monæ, ac nonnullas Cimbriæ, recuperavit. Cum comitibus verò Holsatiæ, ita egit; *ut reciperent Stegam ipsi, traderentq; Neoburgum, & dimidiam Fioniam: quod restaret, id pecuniâ pensaretur. eaque dum solvere-tur, Orkelam, & Hinesgavelam, velut pignus quoddam haberent.* Tum & Hafnienibus immunitates suas firmat; ac concedit, *ut Dragoræ, qui Amagriæ insulæ pagus, cuncta emerent, ut consueverant ad id tempus, vendentque.* Et hæc Randershufii acta. Inde rursum Nebbegardiæ cum Holsatiæ comitibus transfigit de eâ summâ, in quam his Fonia pignorata erat. Hinc in Sialandiâ Scioldenesam obsidere cum coepisset, intermittere inchoatam obsidionem, ob griffantem nimis vehementer pestem, est coactus. Fuit verò ea pestis longè maxima; &, in plures orbis partes divagata, magnam hominum, pecorumque, stragem dedit. adeò autem afflixit Daniam, ut, exhaustis pagis pluribus, agri passim, ob defectum colonorum, diu inculti permanerent. quin turbata & commercia: ac

solennis in Gronlandiam mercatorum navigationi aliquamdiu intermissa. Inde rex, ut testaretur, quæ tributa imperaverat, rectè collocata esse, ac benignitatem sibi populi deinceps etiam devinciret, comitiis Ringstadii habitis, palam universis fecit; varias se ab Holsatis Daniae munitiones, atque arcas, redemisse: & in hanc rem impendisse tricies mille argenti felibras, deciesque alias mille ad has de se adjecisse. Mox, profectus in Hallandiam, evocato illuc Magno, Sueciæ rege, de restituendâ Scaniâ frustra eum compellavit; ac, sigillis literarum, quæ de emptione erant, liquefactis, ubi documenta cuncta adversæ partis sustulisset, in injustum possessorem fraude usus, restitutionem imperat: ac, benignè nisi impetrare posset, etiam bellum comminatur. atque illatus erat, nisi motus in Germaniâ ejus arma divertisset. Ibi Brandenburgici res perturbabant homo nequam, qui se falso Valdemarum Brandenburgicum, à viginti quinque annis vitâ functum, dictitabat: itaque & regionem, quam is tunc hæredis titulo possideret, repetebat. ac juvabant proximæ Saxonie duces; & cum illis Anhaltini, atque Megapolitanus. quâ de causâ, cùm fororio succurrendum existimaret, comitiis Roschildiæ habitis, classem instruit; & in insulam Megapolitani Polam, quæque aliæ ditiones ejus essent, passim invadit, diripitque. hinc in proximam Pomeraniam castra movens, mox Stargardiam illic capít. ubi postquam Megapolitanus eum, cum non parvâ manu statim subsequutus, inclusisset, Brandenburgici frater Romulus, ad supprias accurrens, solvit quidem obsidionem, sed, commisso acri prælio, superatus, & ingenti clade affectus, vix evasit. quo accepto, Valdemarus, cùm Stargardiam reliquisset, in vicina Megapolitani oppida arma vertit, & ex iis aliqua in potestatem suam redigit. hinc Berlinum, quod id quoque falsi Valdemari partes sequeretur, obsidere est aggressus. quod dum agit, ut virtutem honorare se ostenderet, quosdam, ritu usitato, equites auratos creat. ac, sequente istuc quoque ipsum Megapolitano, atque illi Valdemaro etiam frontem obvertente, cùm in eo jam res esset, ut conserere manum utrinque opor-

ccccc eporteret, interventu senatorum, ex arbitrio regis Sueciae, res transacta est. plancuitque, ut captivos Romulus suos liberaret; quae Vandaliæ olim fuerant, gratiam sacramenti ficeret: & uxorem sibi haberet Ingeburgam, Alberti, ducis Megapolitani, filiam: ac cum ea, dotis vicem, prefecturam Lentianam: data contrâ in usum fructum Werbâ, Arensbergâ, & Perlebergâ. Quâ re ita constitutâ, etiam conciliavit Valdemarus Brandenburgicum, atque duces Stetinenses: tum Albertum item Megopolitanum, & Saxoniæ ducem Ericum. Inter hæc, augetur filiâ Catharinâ. Postquam verò infesta arma in Germaniam intulisset, admodum id ægrè tilit Cæsar Carolus; qui mox tamen, animo sedatiore, ipsi pariter, ac Gunthero Swartzenburgico, alijsque, seu proscripti, sive non proscripti essent, commeatum librum Sprenbergam dedit. Legerat itineris rex comitem Romulum Brandenburgicum, cui frater Ludovicus, sibi retinens Bavariam, universam ditionem hanc concesserat. quin & aderat Ericus, dux Saxoniæ. inde cùm ad Cæsarem admissi essent, & rogarent; quâ de causâ falsum ille Valdemarum in marchionatum Brandenburgicum, in prejudicium principum, introduxisset, is respondet: non hoc temerè, neque odio ipsorum, à se factum; verum fidem habuisse Othoni, archiepiscopo Magdeburgensi, Rudolphi, Saxoniæ duci, Alberto Megapolitano, & Anhaltino: qui hunc esse, quem se diceret, juramento interposito, affirmassent: nec culpari quicquam in se, quam credulitatem posse. ad quæ nomine omnium, rex respondere, se contrarium iusjurandum dare certos, & perjurii hos arcessere: itaque ab eo petere, ut rescinderet edicta, quæ de ipso promulgasset. quibus Cæsar intellectis, verum hærede in marchionatus Brandenburgici Romulum censem, ac pronuntiat. Quibus actis, etiam Ericus Saxo Valdemaro tradidit tributum quoddam, quod ab urbe Lubecensi dudum ipsi annis singulis solvebatur, ac Steurgelda dicebatur. id Ludovicus Brandenburgicus, à parente suo acceptum, ipsi cesserat: & mox Cæsar, datis Budissini tabulis, rem hanc totam ratam habuit. Valdemarus, cùm in Daniam rediisset, potius nil sibi duxit, quâ, ut cum principibus vicinis ipse pacem age-

ret, & hanc quoque illi inter se haberent. itaque, curante eo, mox Lubecam convenere, Ludovicus Romulus Brandenburgicus, Guelmus Luneburgicus, Rudolphus Saxo, Ericus Louwenburgicus, Casimirus Stetinensis. Vratislaus Wolgastensis, Valdemarus Slesvicensis, Albertus Megapolitanus, Canutus Hallandicus, Adolphus Scouwenburgicus, & Henricus, ac Nicolaus, Holsatiæ comites. accessere ordinis equestris viri, nobilesque, perfruentes. inter quos tunc pax statuta, ac firmata juramento. actum etiam de latronibus, ac fautoribus eorundem, coercendis. Aliquamdiu concertatum item fuerat inter Albertum Megopolitanum, ac Barnimum, Bugislaum, & Vratislaum, Pomeranos, de Bartensi oppido, ac territorio; & permissa Valdemaro controversia: placuitque, ut, quod illi videretur, ratum esset. Per eandem occasionem actum etiam de Henrici Megapolitani nuptiis, cum tenuellâ Valdemari regis filiâ, vixdum trimillâ: utque Megopolitanus urbem, agrumque, Rostochiensem, titulo præfecti haberet; dosque esset, puri argenti sena felibrarum millia. dumque ea adolesceret, apud matrem Megapolitani sponsi, inter ejus gynæcium, aleretur: consummatis autem nuptiis, quoad viveret, Gnopenhusam, Ribenitzam, & Thisinum, quæque eò pertinerent, possideret. Inde cum Poloniæ rege Casimiro Valdemarus, de auxiliis sibi mutuò exhibendis, foedus init; excipitque Casimirus regem Romanorum Carolum, & Hungariæ Ludovicum, tum ejusdem quoque nominis Marchionem Brandenburgicum, Bladum Sidnitzium, Vladislaum Dobritzium, Boleslaum Plocensem, Sancovium Varsoviensem, Casimirum Sariensem, & Bugislaum Stetinensem: idque posteà, anno decimo & tertio, renovatum. Denuò quoque Torneburgi actum fuit de Henrici Megapolitani nuptiis, filiæque Ingeburgæ: mutuaque sibi auxilia, in quencunque demum hostem, promisere: nisi forte in Cæsarem Carolum, aut Thuringicum saltum ultra, arma promovenda forent. Illis hunc in modum gestis, cùm in Daniam Valdemarus rediisset, filio Valdemaro augetur: qui, non multo post defunctus, in cœnobio

Escomo, tunc insigni inter prima regni cum Holsatis foedus inierunt; ac, quæ regis in hoc tractu arces essent, eas statim Daniæ, nunc destructo, sepelitur. Mortui invasere. Controversia regi erat cum ambo filii Canuti Porsii, primi, ut dixi, Holsatiæ comitibus, Nicolao, & Henri. alter: & in illis ducum titulus, in parente inchoatus, nemini ex hâc familiâ deinceps eum permittente Valdemaro, est extin- co. isque cum Ioanni Holsato deciden- etus. Hinc Fioniæ, Cimbriæque, bellum tardiis procurarentur, ea res diffici- infert: & recuperare arces, quas Holsati lem successum habuit. Interim cùm utrobiique possidebant, omni studio ag- copias Slaglosiæ quasdam coëgisset, & in eo greditur. ac principio Dorningam, Nico- planè effet, ut occasione primâ in Fioni- li Limbecii arcem, in quem odium con- am transmitteret, atque ventus impedi- ceperat, quâ de causâ incertum, obsidet. ret, regi Sueciæ ad Orebroensem pontem & Holsati, nobilesque, qui in Cimbriâ locum assignat. ubi habitu colloquio, in boreali, imminuta privilegia, ac sævitiam, Sialandiam regressus, denuò collectis incusantes, fidem, & obsequium, exuunt. coïpis, in Fioniam transmittit, & Othoniam His maritimæ civitates, quarum eadem contendit: multis ex equestri ordine, & querela, sese addunt. Quo accepto, com- nobilitate totâ, concurrentibus. Hic cum muniri ubique arces, & inferri commeatum abundè, curat. Valdemaro Slesvicensi, in quem primum illi ducere, debitum ex foedere auxilium mittit. quod mox tam- Megapolitano recipit se in proximum O- men, illo in partes Holsatorum transeunte, domum redit. Interim in Sueciâ exortæ thoniæ pagum; principesque de exortâ turbæ; quæ, exosa regem Magnum, quod, controvæ certos facit: ac continuò neglecto matrimonio, turpiter libidini va- lectis arbitris, ut dirimeretur citius, arces, vagæ indulgeret, in Ericum, ejus filium, re- ac munitiones, horum potestati tradit. Per gnum transfert. Itaque Magnus, cùm in id tempus etiam Sueci Helsingburgum Scaniam advenisset, Helsingburgum pro- convenere; ac vocati item illuc Megapolitani duces, Sialandiam, regio deducti ceres regionis vocat; ut, in eo rerum sta- sumptu, transiere. nec multo pòst, cùm quid agendum sibi esset, consultaret: rex Lyconiam concessisset, sevocato ad quin & Valdemari regis amicitiam, atque se Sueco, & seclusis, qui utrique minus opem, clam exposcit. verùm ille respon- benè cupiebant, res benignè est transacta. dere; nulli bello, nisi restitutâ Scaniâ, im- Tum ex aulâ regis quidam, ad piraticam misceri sibi certum. Hinc Rostochium conversi, Lubecenses afflxere. quam ob profectus, atque inde Stralsundiam, cir- rem cùm quosdam è suis rex in Cimbriam ca exeuntem Octobrem, inclinante pro- ablegasset, hos Limbecius comprehensos ximo Novembri redit. Inter ista, tres epi- Molsam in custodiam dicit. moxque, ad scopi, Roschildiensis, Borglanensis, Arhu- xisti regni Daniæ, & è Sueciâ quoque to- siensis, tum Byggæus, ac Limbecius, ali- tidem, Luntiam ad archiepiscopum, de que item Cimbri, Vortingburgum conve- constituendâ utrinque pace acturi, con- nere: verùm neque hic negotio finem im- venere. etenim urgere in primis Valdema- ponere, quem optabant, potuerunt. Hinc rus, Scaniam, quam nullo jure Vagriæ co- ad gaudia verso animo, ludi equestris mites, in Germaniam trajecit, manda- mes Ioannes vendidisset, reddi sibi opor- tere. insuper hoc operam dare, ut à foede- tâ interim regni curâ episcopo Roschil- re Holsatorum subditos suos revocaret, diens, Boëtio Falco, Stigoto Andreæ, Pa- ac nobilitatem blandè in partes traheret. Bugæus, qui cum ipso cæterorum nomine pacisceretur. sed & frustra id tentatum est; laemoni Laurentio, & Iacobo Bassio: qui & Bugæus, quique illum comitati, simul- tributum, absente rege, regni incolis in- atque in Cimbriam reversi essent, novum dixerunt. ipse rex, dum illic abest, refarcit gratiam inter Megopolitanum, Pomera- num,

num, ac Stetinenses; sed in Slavos, ac niversa, nisi quæ de pagis illis in Fioniâ, cīo ccc Verlenses, irâ accensus, horum terras paf- sim vastat; neque locis, aut hominibus, sa- cris parcens: & in quofdam, bello captos, etiam crudelis nimis, aures illis, atque na- res, foedè truncat. inde, gesto ex senten- tia suâ bello, circa anni finem redux, Vor- tingburgi D O M I N I natalem celebrat. Qui secutus annus fuit, ipso statim in prin- cípio filiam Margaretam dedit, post pa- rentem trium regnorum reginam lauda- tissimam: cujus gesta libro proximo refe- remus. Paulo pōst, quæ inter regem, & Holsatiæ comites, erat controversia, Eri- co Saxoni juniori, ac Gerhardo item Ho- jano, est permissa; placuitque, *quod pro- nuntiarent ipsi, ut utrinque ratum foret: simul etiam, si alterius ditiones quis vastaret, ut de eo arbitri, jam memorati, sententiam secundum re- gni jura ferrent: idque Neoburgi facerent, intrâ quatuor hebdomades.* Quin seorsim quoque actum, inter regem, & Ioannem item Holsatum, arbitro Henrico Holsato; *ut redemptam rex à Saxone Pilverderam in Ioan- nis manus traderet; idque ante proximum nata- lem Christi effectum daret: Saxoni autem duo argenti millia selibrarum solveret: aut, si mal- let, è Fioniæ redditibus Ioanni, filiove Adolpho, eam summam post triennium, si id cuperet, re- dimendam, exhiberet. interim materna bona, que in Daniâ possidebat, prater ea, quæ Gerhar- do pater olim vendidisset, regi traderet. Actum & de Hummersbytelâ, Crumezoâ, & Traloniâ, Fimbriâque: placuitque, *quod de his pronuntiatum pridem fuerat, uti ratum etiam porrò haberetur. rexque, datis ad Vin- dingæ amnem literis, Henricum, & Nico- laum, Holsatos, & eorum item heredes, quod argenti mille ac quingentas selibras remisissent, ac Fioniæ partem medium concessissent, immu- nes pronuntiavit: proximoque bello ca- ptos, sine pretio dimisit. insuper, quæ cum comitibus, Cimbriæque australis duce, controversia regi erat, perbenignè, ut ex- istimabant multi, est composita: quan- quam mox resuscitata. at Ioannes, omnia materna bona, quæ in Daniâ possidebat, uti statim memoratum, regi tradidit; præ- ter Stegam, Staverbiā, Asselbiā, Lang- biamque: quæ Gerhardo pater ejus ven- didisset: nec deinceps jus in Daniam ul- lum sibi vendicavit: tum chirographa u-* quis jam dixi, abolevit. Per id tempus LIII. Scania, Hallandiaque, à Magno rege in Algothum, equestri dignitate virum, et jam cum ducis nomine, est translata. Mox cīo ccc Avenionem abit Valdemarus, pietate suâ LIV. motus; ac pontificem ibi invisit Innocen- tium, nominis istius sextum: qui benignè eum excipit, & ex auro rosâ consecratâ donat; more dudum pontificibus, in do- minicâ quadragesimæ, quæ *Lætare vulgo* dicitur, usitato. Errant, qui Vrbanum v hîc commemorant, qui octavo demum anno post hoc tempus adiit pontificatum. Redux autem Avenione Valdemarus, in Frisios dicit: & tumultuantibus indictâ mulctâ, obsides ab iis capit. Post quæ pro- ceres Neoburgi adesse jubet; inter quos & regni episcopi omnes erant, & dux item Slesvicensis: subditisque universis gratiam præteritarum rerum facit. tum edicit per episcopum Ripensem; *regnum Daniæ prisco jure, quod jam inde à Valdemaro, ejus nominis secundo, aliisque successoribus, tenuisset, deinceps etiam usurum; quæque immunitates essent, eæ ut inviolatæ permanerent. insuper, ne hostem porrò ullum incole timerent, neu direptionem item, uti criminis cuiuscunque universis, etiam si capitâ supplicium quis meruisse, venia foret. ita ta- men, si cui injuria illata esset, uti hic, qui intu- lisset, ex jure regni cum eo pacisceretur, ac ne- gotium transigeret. Hæc, & alia, quanquam ita constituta, tamen minimè servata. Hinc conventum Helsingburgi; & ex Daniæ e- piscopis, Sueciæque, tres utrinque, planè sicut Lundiæ trienno antè, adfuere. actum iterum de Scaniâ; quam Ioannem, Holsatiæ comitem, venum dare potuisse, cùm duntaxat pignoratam eam haberet, rex negabat: ea propter neque recte Scaniæ proceres Magnum regem inaugurassem. tum & de Hallandiâ utrâque actum; quæ permitta Ingeburgæ, quasi præfectura quædam, nec Holsatis unquam pignorata fuerat. Inter ista, rex, qui Vortingburgi agere, cùm in gratiam quosdam Holsatos recepisset, & à Magno per legatos voca- retur, ipse etiam Helsingburgum se rece- pit: ac cum eo verba illic, quanquam nul- lo fructu, fecit. moxque, cum in Sialan- diam rediisset, reversuræ è Germaniâ do- lum filiæ obviandum mittit viros, & matro-**

nas, nobiles; ut solenni comitatu hanc Vis- tento sub custodiâ diuturnâ, finem suum
 mariâ deducerent. Hinc Lubecæ, ipso non est nacta. Hinc comitia Vrangstrupii
 exeunte anno, principum conventu indi- rursum habita; ubi actum de colonis, sub-
 cto, ipse quoque ire istuc constituerat, ac ditisque, & officiis eorum: ac re item mo-
 præmiserat commeatum. verùm, quia Lu- netariâ. tum in Cimbriam rex trajicit;
 becenses comitatus legem dicerent, nec militemque è Sialandiâ ad se mitti, sub
 permetterent plus quam centum secum Boëtio Falko, mandat. Mox, Chilonii
 homines adducere, infra majestatem suam cùm comitia habuisset, episcopo Roschil-
 illud ratus, à proposito discessit, & dun- diensi, ac duodecim item aliis, sacri, & e-
 taxat quosdam eò ex senatu ablegavit. questris, ordinis, dat mandatum; provide-
 rent diligenter, ne quid regnum detrimenti pa-
 terneretur: maximè verò, ut molarum, quæ ad aquas
 idque ut securius ageret, militem è Sia- coercendas factæ essent, curam haberent. Inter
 landiâ Ripam mittit, ibi exspectare ju- ista, dum ad Magnum, Sueciæ regem,
 bens. cumque postea advenisset, convo- Boëtius Falkus proficiscitur, à Valdemaro
 cato ad juris dictionem populo, vim mul- ablegatus, Sueci eum in itinere interci-
 torum, & injuriam, castigat: quæque in- piunt, & abducunt in custodiam. quo of-
 justè possidebant, veris dominis, aut eorum fensus Valdemarus, dum conscribere mi-
 hæredibus, reddit. Post hæc, cùm collo- litem parat, anni iniquâ tempestate prohi-
 quiū cum Magno rege Helsingburgi, betur. Sub hæc denuò sese Cimbri com-
 mense Iunio desinente, aliud instituisset, movere, ac tantum non arma capere, quâ
 mox inducæ inter Daniam, Sueciamque, de causâ, postquam arcibus, & munitioni-
 constitutæ. Inde Vrangstrupii conventum bus aliis, commeatum, ac præsidia, intu-
 fuit: atque multæ, regi debitæ, duplica- lisset, Neoburgum se recepit: obviisque
 tæ. tum, converso ad hilaritatem animo, illic habuit è primoribus nonnullos, cæte-
 in Roschildiensi urbe ludi equestres cele- bris Othoniæ se continentibus. ita autem
 brati. Quæ dum fiunt, bellum inter Val- cum his egit; uti sese Callemburgi ad diem
 demarum Slesvicensem, & Benedictum constitutum fisterent: atque ibi contro-
 Alefeldium, est exortum. & adjutus milite versiæ universæ finem imponendum fore.
 regio Benedictus, cùm obsedit Tranekeram, tum diripuit Langelandiam, quæ Aliquanto post Ioannes, Holsatiæ comes,
 tunc Valdemari erat. atque cùm is, classe regi, & hæredibus ejus, quæ chirographa
 advectus, statim eam recepisset, novum habebat, vel ab ipso, vel à decessoribus
 rex auxilium præbet; ac se jungens, eum data, remittebat: solam Fimbriæ præfe-
 ditione exuit: sed, sanctâ pace, reddit. cturam, quæque ultimo contractu deni-
 Tum turbatum & in Scaniâ. in quâ post- que concessa essent, reservabat. Hinc
 quam diem suum obiisset archiepiscopus conventum Callemburgi; placuitque, ut,
 Lundiensis, Petrus Luckius, & Iacobus quæ Neoburgi pridem de colonis decrevissent,
 Nicolai substitutus in illius locum esset, posthac strictius servarentur. Mox Roschil-
 isque à pontifice Avenione confirmatio- diam vocati regni proceres; rexque egit
 nem petit, dux Algothus, quem à Magno cum episcopo, ut, quæcumque in Odensi ter-
 constitutum memoravi, dioceſin popula- ritorio posideret, ad Callemburgensem agrum
 tur. Inter ista, rex legatos è nobilitate pri- hæc transferret. Inde trajicit in Cimbriam;
 mā quosdam mittit ad Germaniæ prin- variaque illic subditis onera, ac tributa,
 cipes, & civitates; item Avenionem, in Gal- imponit: sine ullâ dignitatis, ordinisve, ra-
 liam, ad pontificem: qui excepti, ac di- tione. quo cùm ducem Slesvicensem, &
 missi, perbenignè. Inde Galliæ rex Ioan- Holsatiæ item comites, atque Cimbros,
 nes splendida legatione petit, uti, confir- vehementer offendisset, res à bello parum
 mandæ amicitiæ, liberorum inter sese matrimo- abfuit. Mox, exorto in Holsatiâ tumultu,
 nia commutarent: ac vicissim Valdemarus & obfessâ à comitibus Haderſleviâ, Tun-
 posteà in rem eandem suos ad Ioannem derâque, quæ ducatus Slesvicensis urbes
 legat. sed utraque hæc legatio, capto po- erant, rex, haud expedire ratus, uti inde
 stea Ioanne, & in Angliam abducto, ac de- avellerentur, arma in tutelam sumpsit:
 sed,

sed, Holsatis cùm nobilitas Cimbrica se aberraverant, insulas, quæ adjacebant, po-^{cio} CCC
conjunxisset, frustra fuit. adeoque capto pulatus, in Sialandiam regreditur. inde,^{lviii.}
etiam Randershusio, ipse funditur. Cim- cùm auxisset copias, classe Alsiam invadit;
bri verò, & Holsati, in Fioniam trajiciunt. & in parte boreali Neoburgum intrà tri-
ubi occupatâ Othoniâ, ac præsidio ejecto, duum expugnat. Post hæc Sunderburgum
cùm tributum oppidanis maximum impo- aggressus, quod tuetur insulae australe la-
suissent, etiam Gamburgum obsident, ar- tus, cùm oppugnaturus esset, prodiens Ri-
tum in propinquu sitam. Valdemarus, his gitza ex arce, ducis Slesvicensis uxor, gy-
acceptis, quosdam è nobilitate, culpæ ob- nacéo comitata, & prudentiâ, & facun-
noxios, aut suspectos, comprehendens, diâ singulari, regis animum mitigavit. ac
partem bonis universis, ac custodiâ, par- vocatus ab eâdem ad convivium, non ac-
tem ingenti pecuniâ mulctat: præfectu- cessit, antequâm in potestatem totam in-
ras, quas tenebant, aliis mandat. inde ten- sulam redegisset: quam peracto mox con-
dit in Fioniam; & obfessis Gamburgensi- vivio, tamen reddidit; eâ lege, ne deinceps
bus fert suppetias. Postquâm hostem con- regni hostes, qui que extores acti essent, unquam
spexisset, ut virtutem excitaret, quosdam hic admitterentur: neve Slesvicensis etiam, si
ex suis dignitate equestris ornat: dein in accederet, comites plus viginti adduceret, neque
hostem impetum facit: acieque profliga- supra triduum commoraretur. Inde regem
tâ, multos capit. cecidere eo prælio è pri- Slesvicensis cum quibusdam è nobilitate
matibus non pauci: & in his Ioannes ipse, Danicâ ipse adiit; cùm ut eum officii causâ
Holsatiæ comes; ac ducenti ex Holsatis. salutaret, tum ut per occasionem aliquid
Nicolaus, ejus frater, amissô oculo, equo de rebus suis item ageret. ac negotium
dejectus, & à milite Dano captus, arma ei successisset, nisi id consilia quorundam ad-
sua tradit: verùm statim ab Holsato, qui versâ perturbassent. Inde, Sliam præter-
agnosceret, liberatur. sic obsidio est solu- vectus, Angelboæ naves, ac pecuniam, im-
ta, & arx posteâ solo aquata. quibus actis, perat; ac mox in Fimbriam contendit. ubi
Holsatorum ditiones populatur: &, in- cùm armati insulani occurrerent, & exscé-
genti prædâ aiectus, in Sialandiam regre- su prohiberent, insulâ per vim potitus, plu-
ditur. Inde, ubi exploratum, Benedicti rimirisque profligatis, qui supererant, sese
Alefeldii, qui Hinsgavelæ præsidebat, con- dedidere cuncti, & felibrarum Lubecen-
jugem sepeliendam, & nobilitatem Hol- sium quatuor millia persolverunt. Præfe-
saticam ad exequias per frequentem adfu- ctus arcis Glambecensis, ubi regem cùm
turam; capto tempore, eam improvisò ingenti adeò classe adventantem intelli-
opprimit: ac permultos è primariis, qui geret, cum uxore, facultatibusque suis,
Fioniam per id tempus incolebant, secum quas efferre raptim posset, insulâ excedit.
abducit. inde arcium præfectos, nimiâ ex- Hinc Flensburgum, ac Borneburgum, rex
actione subditis graves, loco movet, & deflectens, passim naves, commeatum, &
pecuniâ item mulctat: aliisque substitutis, pecuniam, tribui jubet; ac negantes im-
Callenburgum sese confert, atque ibi an- perata, poenâ afficit. Dein reversus in Sia-
num finit. Post quæ, cùm à Sueco bel- landiam, cùm tranquilla illic omnia inven-
lum, aut à Megapolitano, imminere puta- niret, nuntiatur, magnas Megopolitanum
retur, circa finem Ianuarii milites Roschil- sibi copias parare, & Sialandiæ imminere.
diam adesse jubet; arcibusque, & munitio- neque falsus rumor erat; verùm is, ut acce-
nibus aliis, commeatum suum inferri: pau- pisset, classem regi instructam esse, quam
lo post Slagloscae delectum habet. hinc objiceret incuranti, per Barnimum Steti-
profectus Neoburgum cum exercitu, eum nensem pacem sibi, & Holsatis, Stralsun-
supplet; &, impositum in naves, trajicit in diae, ubi convenire jussi, impetravit: &,
Langelandiam. ubi statim Tranekeram, obsequio promisso, qui utrinque capti e-
& cum eâ insulam universam, capit. ac, rant, restituti. insuper statutum fuit, uti
conscensâ rursum classe, cùm Hinsgave- Cimbri, ad componendas controversias,
lam appulisset, nec hanc obsidere posset, Neoburgi sese fisterent. quod quantum-
navibus deficientibus, quæ per nebulam vis placuisset, tamen rex in Sialandiam se
reci-

cicccc
LVIII.

recipit; filiumque, & senatores regni quos-
dam, ad negotium pertractandum, suam
vicem ire jubet: nihil tamen, nisi suo ar-
bitratu, geri cupiens. quam ob causam
postquam Cimbri, commeatu impetrato,
cum Othoniensi episcopo, & Ripensi,
Slagelosiam excurrissent, ac conditiones
ibi duriores rex proponeret, animis magis
irritatis, discessere. Rex Roschildiam con-
tendit; Hafniam mox perrecturus, ut cum
Sueciæ rege Magno, & uxore ejus Blan-
câ, diem hîc natalem Christi celebraret:
verùm, postquam accepisset, neutrum il-
luc adventurum, id propositum omisit. ac
Nicolaus Bygæus, Vffo Stigotus, Petrus
Andreas, à comitiis redeuntes, inter viam,
circa urbem Middelfartum, trucidati.
quod arcane regis jussu, odiove inimico-
rum, factum fuerit, ignoratum. certè re-
gem plurimi suspectum cædis habuerunt.

cicccc
LIX.

Anno proximo, Pomeraniæ ducibus con-
cedit Rugiam; quam deinceps, veluti clien-
tes regni, possiderent: ac vicissim illi ob-
sequium, & auxilium, contra hostes qua-
lescunque, Valdemaro promiserunt. unde
conjectura datur, Rugiam non totam pri-
dem à Christophoro alienatam, sed dun-
taxat eam partem, quæ affinis Pomeraniæ.
Magnus rex, quod anno jam superiore
constituerat, cum uxore, & Haquino filio,
Norvagiæ rege, Hafniam ad regem ve-
nit: publiceque ibi Haquino Margareta,
tertia Valdemari filia, tunc septennis, de-
spondet. datque Magno Valdemarus
duos ad Hisingam pagos, etiamnum ex
donatione hâc ad regnum Sueciæ perti-
nentes. Inter ista, cum simultas inter Ma-
gnum, & Ericum, alterum filium, invale-
sceret, Magnus opem sibi ferri à rege Val-
demaro petit; & promittit, si juvaret, se,
pro operâ navatâ, Helsingburgum, Sca-
niamque universam, redditurum. quâ de
causâ cùm in Scaniam Valdemarus traje-
cisset, ac munitiones plurimas, & in illis
Sollitsburgum, expugnasset, ac defectu
commeatus in Sialandiam regressurus Pe-
trum Daum, Magni clientem, in custo-
diam abduxisset, atque Magnus verere-
tur, ne id pluribus eveniret, pactum dese-
rit; & cum filio, post discessum Valdemari
Scaniam depopulante, pacem facit. Siqui-
dem verò Bygæi, de quo dixi, interfecti

rex suspectus haberetur, ejus filio Canuto
se sanctissimè excusavit; asseverans, nec
auctorem cædis esse, neque consciū:
quin & hōstium se loco percussores, &
Canutum filii instar, habiturum. ac testa-
tus id Christophorus, ejus filius, amicitiam
cum illo in fraternum modum sancit: ipso
rursum pollicente, apud suos effecturum,
ut ad pacem animum omnes inclinarent.
At Vffonis Stigoti pater, cædem filii, uti
æquum, animo iniquo ferens, tum offensâ
quoque aliâ inimicus, alienos satis Cim-
bros magis etiam avertit. quare & bona
ejus cuncta, quæ in Sialandiâ sita, regno
addita; quæ in Cimbriâ, ea Petrus Nico-
laus universa occupavit. Per id tempus
Albertus Megapolitanus, classe instructâ,
Fimbriam occupat, & in eâ arcem quo-
que Glambecensem: ac, direptis pagis
plurimis, naves regias, cum non paucis in-
fulanis, inde abducit. jamque bellum et-
jam cum Cimbris erat; ac quantumvis illi
in pacem propenderent, quidam tamen
animum regis divertebant: tum & ipsi, ad
exemplum vicinorum, quos indigna tote-
rare existimabant, incitati, quidvis malle,
quâm eodem modo haberí. itaque para-
tam manum cùm in Cimbriam transmis-
set, & hæc Randershusium aggressa esset
obsidere, erumpentes, qui præsidium agi-
tabant, antequam majores copiæ adven-
tarent, obsessores profligârunt. qui mox,
ipso etiam rege accedente, Clausholmum
capiunt, Cattenbergam, & Essendorpium,
solo æquant. Quæ dum fiunt, deficit Ri-
penfis præses, Erlandus Calvius; & Mo-
geltunderæ, Gramæque, præfecturâ, in
defectionis præmium, ab Holsatis hono-
ratur. ac, repetente Sialandiam Valdemar-
o, denuò se Cimbri movent; & amissas
pridem arces redigunt in potestatem. rex,
dum navigat, ortâ ingenti tempestate, vix
naufragium evasit. navis una planè periit;
quiique in eâ, aquis mersi: quidam elapsi,
à præsidio Biornholmensi capti, atque spo-
liati. Postea Lalandiæ ducem filium Chri-
stoporum creat. isque initio principatus,
ut ostenderet pietatem, & obstringeret
ordinem ecclesiasticum, maximas immu-
nitates illi donat. hinc cum magnâ militum
manu Scaniam petit; obsiderque Helsing-
burgum, & expugnat, frustra succurrente

VALDEMARVS III.

Magno.

Magno, qui, cùm Valdemaro se videret reliquum in Scaniâ, ac Blekingiâ, redigit cīo ccc imparem, & permittit urbem, arcemque, in potestatem: recipitque à Magno literas, quibus Ioannes Holsatus pignoratas quam haud posset liberare, & quæ pridem sibi eas ditiones vendidisset; etiam illas, pacta, firmat: tum & denuò matrimonium, quibus suum ei obsequium proceres pri- nuper inter Margaretam & Haquinum, agitatum, ratum habet: ac vicissim rex dudem obstrinxissent: detestantibus factum auxilium, quotiescunque usus foret, & fra- Suecis, ac convitio Smegum ipsum appellantibus, quod blanditiis Valdemari turpi- ternam amicitiam, pollicetur. inde in mu- ter se deliniri passus esset. Certè rarum in nitiones ejus ditionis reliquas, & nobilita- principibus id exemplum est; &, injustè tis prædia, vim convertit: neque prius con- quanquam parta, vindicare summâ ferè quiescit, quām in potestatem suam univer- cum iniquitate malunt, quām honestè re- sa redegisset. inde induciæ inter ipsum, ac Christophorum item filium, & Vandalicas stituere: potiusque incrementum potesta- civitates, principesque Megapolitanos fa- tis quodvis ducunt, quam egregiam ad quin & dictus Neoburgi certus dies; & adeisse illic jussi, qui cum rege hactenus posteritatem famam. verū, quia Valde- non transsegissent. Erlandus Calvius, quem mari amicitiâ opus erat, ad Ericum, filium superiore anno defecisse memoravi, ad obsequium regis redit, & cum Ripâ, quam acceperat, etiam Mogeltunderam, & Gramam, reddit. unde jocus quoque regis; quando *Calff* vitulus vernacula lingua diceretur, *Eum vitulum pridem à se discessisse: tum, quodammodo vaccam factum, cum duobus aliis vitulis rediisse.* Hinc conventum Callemburgi; aderantque, dux Christophorus Lalandicus, regis filius, Valdemarus Slesvicensis, ac nobilitatis Cimbricæ delegati: placuitque, uti jura, ac statuta, regni Daniæ, usque à Valdemaro 11 usitata, porro quoque rata essent. utque idem Valdemarus Slesvicensis, filiusque, & heredes, subditique, cum immunitatibus, tum jure prisco, deinceps etiam iterentur, fruerentur. eadem episcoporum, ordinisque ecclesiastici universi, ratio esset. qui episcoporum absens frui his statutis vellet, is subscriptio eorum voluntatem apud regem testaretur. idem faciendum esset iis populis, quorum ditiones regno postea subjicerentur. ordo equestris, nobilisque, tum indigenæ, incolæve quivis alii, jura sua illibata retinerent. ac comitia, que quotannis Neoburgi celebrari consuevissent, ea proximo triennio Callemburgi haberentur: & hinc rursum Neoburgum, more dudum usitato, ac consueto anni tempore, peragenda, transferrentur. Hæc, & alia, tunc statuta; que infringere qui auderet, in hunc, tanquam violatæ legis reum, jure regni ageretur. Inde Lundiam, ac Malmogiam, rex immunes toto regno à quocunque vectigali, dato oppido utrique in rem istam privilegio, esse jubet. tum, assidente Magno, rege Sueciæ, quicquid reliquum in Scaniâ, ac Blekingiâ, redigit cīo ccc in potestatem: recipitque à Magno literas, quibus Ioannes Holsatus pignoratas sibi eas ditiones vendidisset; etiam illas, quibus suum ei obsequium proceres pri- dudem obstrinxissent: detestantibus factum Suecis, ac convitio Smegum ipsum appellantibus, quod blanditiis Valdemari turpi- ter se deliniri passus esset. Certè rarum in principibus id exemplum est; &, injustè quanquam parta, vindicare summâ ferè cum iniquitate malunt, quām honestè re- stituere: potiusque incrementum potesta- tis quodvis ducunt, quam egregiam ad posteritatem famam. verū, quia Valde- mari amicitiâ opus erat, ad Ericum, filium suum, coercendum, qui infesta contra ipsum arma sumpserat; cumque bonam Sueciæ partem, factâ, uti dixi, pace, occu- passet, & majora tentaturus etiam metue- retur, ut reliquias regni sui tueretur, ex ne- cessitate fecit, quod ex voluntate suâ mi- nimè facturus erat. Sed dissidia inter Da- niam, Sueciamque, nova paulo pōst exor- ta: quia, quæ non ita pridem pacti essent, nullo modo præstarentur. inter cætera, matrimonium Margaretæ, & Haquini, censebatur; destinatum, sed dilatum. Hinc Gothlandos Valdemarus divexavit; idque Magno incitante. qui, cùm in contemptu apud ipsos esset, neque se ulcisci posset, arma ejus imploranda existimavit. itaque, Olandiâ prius devastatâ, & quingentis in- colarum, qui initio occurribant, profliga- tis, classe advectus, ubi exposuisset copias, tribus præliis superior, insulanos mille octingentos cædit. ac Visbuam postquam urbem, insulæ caput, & emporium eo tem- pore per Europam valdè clarum, castra sua admovisset; eaque aperiret portas, & recipere promptè vellet; partem moenium, per quam totum mox exercitum, veluti ad pugnam instructum, introduceret, di- rui jubet. & ingressus in hunc modum, sta- tim diripit, & cum prædâ ingenti redit. cu- jus tamen magnam partem, fractâ inter viam navis, mare hausit. Valdemarus, si- quidem Visbuæ opes etiam Hansaticarum urbium diripuisset, eas adeò commovit, ut Danorum mercatorum naves passim, atque bona, detinerent, ac mox bellum itidem denuntiarent. Icto foedere, in so-

ccc
LXI.

cietatem trahitur rex Norvagiæ Haquinus, Henricus Megapolitanus, nominisque ejus alter, Holsatiæ comes; qui à robore animi pariter corporisque vulgo *Ferreus* cognomento dicebatur: isque classi comparatæ dux præficitur. Lubecenses suam fibi separaverant; ac præfectum imposuerant, urbis consulem, Ioannem Wittenburgum. Vbi instructa essent omnia, mare ingressi, Hafniam appellunt primò, arcem capiunt, urbem etiam diripiunt: inde Helsingburgum petunt, idque graviter oppugnant. Quæ cùm Valdemarus accipit, illico coactis copiis, dat Christophoro filio classem, ipse terrâ rem gesturus. hostes autem, ut viderunt adventatum, solvere obsidionem, & in fugam se convertere. hæc in Scaniâ dum geruntur, mari etiam Christophorus classem Lubecensium aggressus fortiter, sex illius naves capit, aliisque ignem injicit: cæteras ad Travemundam fugientes infectatur. cuius clavis cùm auctorem Lubecenses Wittenburgum censerent, in jus vocatum, capite plectunt. Henricus Ferreus, sic deferto Helsingburgo, copias ad Vordingburgum obsidendum adducebat. sed, præsidium, qui in arce agitabat, auctis drepente viribus, cùm in hostem erupisset, eum pellit, & captivos multos ducit. itaque mox convenere; uti, restitutis iis, solverent obsidionem. verùm, auctis statim copiis, cùm urgere eam porrò juberentur, & indignè admodum ferret arcis præses, fidem datam non servari, astu vindicare statuit. simulat necessitatem, ac coactum arcem dedere; postulatque, uti quosdam è primoribus, claves arcis, & archiva, accepturos, ad se mittant. itaque cùm accessissent, quas promiserat, claves tradit; inde, velut fidei liber, manum injicit, & abducit in custodiam, ac discedere ab obfidine cogit. Post hæc dotem Ingeborgæ, filiæ suæ, quæ Henrico Megapolitano erat sponsata, mille nempe argenti silibras, Valdemarus repræsentat; insulamque Boringholmiam Lundensi dioecesi, ad quam illa pertinebat, sed à se, cum Scania Suecis traderetur, occupatam, nunc restituit: eâ tamen dictâ lege, ne antistes quicquam in regni detrimentum moliretur: & ut arcem, insulamque, postulanti resti-

tueret, in quam rem episcopus se, & collegium universum, obstrinxere. Constitutæ & induciæ, inter regem, atque urbes mari Balthico adjacentes: quibus se Hamburgenses adjunxere. placuitque, ut per illas libera commercia utrinque escent; ac captivi redderentur. addita & quædam alia, quæ seorsim urbes singulas spectabant. Per id tempus, cùm Henrici Holsati foror, Elisabetha, regi Haquino nuptura, Sueciam peteret, & adverso in Daniam vento ageretur, perbenigne à Valdemaro est excepta; ac detenta, donec filiæ Margaretæ, quæ Haquino antè sponsata erat, matrimonium consummareret. Celebratæ autem Hafniæ eæ nuptiæ, illicò pòst festum Paschatis, magnâ pompa, ac lætitia; quam Haquino matris Blancae, Valdemaro filii Christophori funus perturbavit: nuptiæque in exequias commutatae. ac Ringstadii quidem ista, hic Roschildiæ sepelitur. obiit autem Blanca, ex peste; at Christophorus, longo morbo tenuatus. Hinc in Scaniam profectus, dum piscatum mercatores ibi exercent, magnam vim pecuniæ imperat: ita ut piscatum multi omittentes, domum mox reverterentur. Hinc tributum toti passim regno indicit, nec immunem quenquam habet. Paulo pòst, defuncto tunc Ioanne Holsato, Adolpho filio Fimbriam tradit, iis legibus, quibus pater tenuisset. additumque, ut in eâ controversiâ, quæ exorta Magno Sueciae, & Norvagiæ regi Haquino, cum Holsatis, ob Haquini nuptias cum Margaretæ, filiâ suâ, nihil ageret, nisi quod cliente dignum: ac nec sibi eo nomine, neque illis, quid negotii facesseret. insuper, si inimicitiae inter Saxonem Ericum, ac Barnimum Stetinensem, Albertum Megapolitanum, & episcopum Canutum, nascerentur, has componeret Valdemarus: ac vivissim, si quid inter se, ipsumque, oriretur, illi arbitri ad dissidium dirimendum caperentur. Inde denuò Stralefundiaæ cum Vandalicis civitatibus factæ induciæ, quæ non diu tenuere. nam Vandalicæ, cum Hansaticis per Germaniam universam foederatæ, cùm & illæ ex direptâ proximè Visbuâ urbe damnum ingens accepissent, indicto in Vbiis conventu, jura vetera, & immunitates quasque, armis vindicare statuunt. Et initio Valdemarus insuper conatum habere,

habere, ac superbè irridere: sed experientia didicit, nullum hostem, quamvis maxime abjectum, tutò, aut prudenter, sperni. etenim, postquam primò Campis, ubi Rhenus alveo septentrionali se per Fluvium in Oceanum exonerat, classem magnam emisissent, ac Vandalici subsequuti, contra pacta facere moniti, se divelli ab Hansaticis minimè posse, respondissent, ut se bello ingruenti expediret, necesse habuit, per Barnimum Stetinensem cum Vandalicis, primis ejus belli auctoribus, in triennium proximum inducias facere. quæ dum es- sent, nec commercia quis turbaret, neque pi- scium capturam, more solito exercendam: tum pfectos, judicesve, suo quisque in districtu, apud Scanos constitueret, jus dicturos, nisi in causis capitalibus. capti, utrinque lucentur; ac si interim civitates, aut dynastæ earundem, regi hostilia intentarent, tum iisdem civitatibus, quæ principibus suis lege sacramenti tenerentur, exequi jus fasque esset, salvis inter hæc induciis. quis finitis, neutra pars ulterius obstricta alteri teneretur: jusque suum integrum cuique foret. Ac contraactu hoc comprehensi, Carolus IV Imperator, Magnus Sueciæ, & Norvagiæ rex Haquinus; tum Barnimus Stetinensis, cum hæredibus, Bugislao, Barnimo, & Vratislao: etiam Caminensi episcopo: quin utroque item Alberto, illo Saxone, isto Megapolitano; cujus quoque filii includebantur. insuper duces Slevicenses, & Holsatiæ quoque comites, in eodem erant numero; cum Adolpho Scauwenburgico, & episcopo Giselberto, ac Bronckhorstio dynastâ. Idem placuit Valdemaro; qui seorsim adjunxit etiam à se, Hartwigum Cleinovium, & Diblevum Galendorum. Inter ista, ab Imperatore evocatus, Pragam abit; uti nuptiis illic suis, quas cum filiâ Boguslai Pomerani Elisabethâ contraxisset, interesset. aderant & reges alii; ex Poloniâ, Casimirus; ex Hungariâ, Ludovicus; Cypro, Petrus Lusinianus: qui auxilium contra hostes Saracenos postulabat. In itinere, ut videtur, Belgium transiit; & in eo Flandriam lustrat: comitemque Balduinum unâ operâ salutat. Dum in aulâ Imperatoris commoratur, mortuo Rodulpho Austriaco, Noricum invadunt Bavari; &c, in Stiriam progressi, cum gentem inde prædam abduxissent, ac non-

nullas item arcæ expugnassent, unâ pugnâ cœperunt. decertare animum inducunt. ac fecissent; nisi eos Valdemarus, qui intererat, prælio prohibuisset. pro quâ, ut videtur, operâ, aliisque beneficiis, in Imperium collatis, ac deinceps conferendis, donat illi Imperator sedecim mille argenti selibras; & dum eæ universæ solverentur, velut pignus, quæ quotannis Lubecenses exhibere consuevissent: sicut ea Ericus Saxo, à Ludovico Brandenburgico olim accepta, ante annos quatuordecim Valdemaro tradidisset. Cùm in regnum rediisset, quæ Barnimus Stetinensis suo nomine cum Vandalicis civitatibus pridem egisset, rata habet. ac mox etiam pro induciis triennaliibus, quæ tum constitutæ erant, pacem facit, semper deinceps servandam. Etiam Holsatiæ comites, Nicolaus, & Henricus, itidem cum eo agunt, ac promittunt; nullum ei se in Daniâ, aut Holsatiâ, damnum unquam allatuos: sed inviolatam semper pacem, atque amicitiam, servaturos. si commissum quicunque foret, in hæc, quæ Chilonii acta, de correctione eorum arbitri pronuntiarent, duo utrinque eligendi. ac, si forte partis utriusque subditi, aut clientes, inter se se de re aliquâ disceptarent, ea foro Daniæ, Holsatiæve, cognoscenda tradetur. In hæc, aliaque plura, proceres utrinque multi fidem suam obstrinxere. Post hæc Sueciæ rex Albertus, & Henricus, atque Magnus, duces Megapolitani, pariter cum Valdemaro transegere; qui à proximo Pentecostes die capti, bello orto inter Daniam, Sueciamque, ii uti libertati redderentur. duxque senior Albertus, &, quos memoriavi, filii, pollicentur; regem Albertum eas literas, quæ conscriptæ de induciis inter ipsum, & Norvagiæ regem Haquinum; tum captivis dimittendis; item quæ ad dotem decem millium selibrarum argenti, & Erici ducis pignus, pertinerent, ante diem Februarii secundum anni proximi ipsi traditurum esse. atque hoc promissum suum scripto item publicato attestantur. præter ista, rex Albertus, ut auxilia, quæ Haquino, genero suo, Valdemarus submissurus videbatur, prohiberet, regni procerum consensu, donat insulam Gothlandiam, & in hâc Visbuam urbem; tum Verendiam, Vindovidiam, Kindam, Marciam: arcem item Elburgensem, cum Helsingię parte alterâ; & Elsingburgensem

CIO CCC
LXVI.

tractum, præter solam Loddehusiam, universum. ea loca, cùm tutoris hactenus jure pos- sideret, deinceps propria haberet, & hereditibus suis traderet: ipse autem, cæterâ Sueciâ fruere- tur. pater vero, atque fratres, duces Megapolitanî, hunc ducatum, comitatum Suerinensem, ac Rostochii dynastiam, illibatam retinerent: neque aliquid præstare, quam officia clientelæ, tene- rentur. ad hæc & Varbergam tradunt, re- gno Daniae in perpetuum conjungendam: ac promittunt, neque Magnum è custodiâ dimissuros, neque pacem se facturos cum Haqui- no, nisi hâc conditione, ut uterque rata hæc dein- ceps velit, aut sat Valdemaro ficeret. quod ni ab Haquino fieret intrâ proximum biennium, aut triennium, & hinc bellum inter se illumque fortè oriretur, tum Alberto Valdemarus, quo- ad cuncta implerentur, opem ferret. insuper obstringere fidem suam Albertus, Sue- ciamque adeò totam, & quas inde ditio- nes comparare sibi posset, ad colendam por- rò pacem, tam cum ipso Valdemaro, quam hære- dibus quoque ejus, sempiternam. denique Sue- ciæ quatuorviri, qui has literas obsignâ- bant, illud effecturos se pollicebantur, ut, Alberto quisquis successurus esset, cuncta ea- dem præstaret. & his omnibus regni primis, cum episcopis, sacro ordine universo, ac senatu regni toto, & equestris ordinis viris quinquaginta, civibusque ex emporiis re- gni decem, opibus tunc excellentibus, subscrysere. Annus proximus Valdema- ro per quietem est exactus: nec negotii ille eo dedit quicquam, aut accepit. ve-

CIO CCC
LXVII.
CIO CCC
LXVIII.

rûm, qui sequutus fuit, Cimbricam potis- simum nobilitatem, subditosque item a- lios, concitavit, ut tranquillitatem publi- cam perturbarent, ac transirent ad Hol- fatos: cùm querela omnium esset, nimia onerum magnitudo, & continuata bella. Et Holsati, animis defectione istâ auctis, Vandalorum civitates etiam ad se traxe- re. adjunxere se, Albertus, Sueciæ rex, & duces Megapolitanî, foederis, quod pri- dem icerant, atque pacis, quam statuerant sempiternam, nimis facile obliti. & pacto- rum capita erant; ut, quas quisque ditiones, sive urbes, eo bello occuparet, ac seorsim, quæ in Scaniâ, aut Gothlandiâ, caperentur, sibi habe- ret; at Sialandia, Falstriaque, & quæ his vici- nae insulae, Megapolitanî essent: Cimbria vero, Langelandia, ac Fionia, ad Holsatos pertinerent:

VALDEMARVS III.

ita tamen, ut devictis suo jure, legibusque vi- vere concederetur. Ita homines perduelles, principesque quidam perfidi, regni ho- stes, illud, necdum debellatum, inter se distribuerunt. quin, ut magis etiam grasi possent, Vandalorum civitates, comis- que item Holsatiæ, cum Hartwigo Ra- vensdorpio se junxere, eâ lege; ut, quam diu id bellum esset, conquesceret, nec Holsatis detrimenti quicquam daret: ac viciâ ipse, commercia maximâ cum libertate exercebant. Quibus actis, mox Vandalicæ civitates Daniam cum magnâ classe infestârunt; &, in Scaniam facto impetu, rex Albertus, cùm Vf stadium, & Falsterboam, tum Scanoram, & Somershaviam, occupavit: nil omnino prætermittens, quo redigere totum illud territorium suam in potesta- tem posset. at Holsati, qui que se adjunxe- rant Cimbri, Scanderburgum, regiasque in Cimbriâ boreali arces, obsedere; dum- que hostes adeò multi Valdemarum undi- que infesti petunt, isque exitum circum- spicit, varia Vandalicis urbibus, & earum foederatis, privilegia, & immunitates mul- tas, totâ passim Daniâ tribuit; tunc & le- ges de re monetariâ ponit: vectigalium que curam, quæ halecum ad capturam, naviumque exitum ex Oresundâ, pertine- rent, in se trahit. etiam Amstelodamensi- bus in Hollandiâ dat immunitates suas; maximè, si qui commercia seu in Scaniâ, sive affitâ ei orâ, exercere instituerent. Inter ista, regno excedit Valdemarus; ac religionem obtendit, quâ obstrictus, Ro- lam ire, ad pontificem salutandum, te- neretur: sed interior illi causa, uti hosti, tam multiplici, ac potenti, se subduceret ad tempus; odioque per absentiam, uti so- let, mitigato, pacem regno per præfectos, quos statuerat, minus publicè invisos, im- petraret. Dumque abest, cùm Nicopiam in Falstriâ, Hafniam in Sialandiâ, & El- singoram, insulasque item, Venam, & A- magriam, aliaque item loca, occupasset, mox Henningus Podebuschius, regni e- quitum tribunus, ac cum summâ potesta- te tum præfectus, aliquique regni proceres, ne res regni universa pessum iret, convo- catis Stralsundiam civitatum delegatis, pacem in hanc legem ineunt: ut Vandalica civitas

civitates Helsingburgum, cum Malmogia, Scania, ac Falsterboë, instar pignoris annos quindecim retinerent, & redditibus, per id tempus vindicandis, damnum acceptum compensarent. liberaque apud has commercia haberent Dani, quique regnum id incolerent. pactis autem ante ultimum Septembrem anni proximi rex sub- scribebat. Inter ista, Valdemarus, peregrè agens, apud Imperatorem exponit; sèpè multos subditorum, partim Holsatos, Vandalo- que, partim alios, in se, atque patrem suum, con- citasse; itaque orare ipsum, ut auctoritate suâ homines seditiones coerceret. nec difficilis illi Carolus, nominis istius ^{i v}, qui Imperium tunc tenebat, literas dat ad avunculos, Misniæ tunc Marchiones, Fridericum, ac Gulielmum; & affinem, Boguslaum Steti- nensem; tum Adolphum quoque Holsa- tum: & hortatur, contra subditos perduelles ne quid Valdemaro desint: quosque ex his com- prehenderint, ut in illos jure agant. Mittit quo- que Valdemarus ad Gregorium ^{x i}, tunc pontificem Romanum; ac legato, Ioanni Rudio, addit munera, equos quosdam, & falcones, atque pelles magni pretii: & identidem precatur, ut auctoritatem suam apud subditos, graviter tumultuantes, interponat. verùm excusare pontifex; nec se quicquam, nisi auditâ parte alterâ, isthic posse. ac, cùm ea etiam quosdam ablegasset, & pontifici dominatum Valdemari nimium exposuisset; isque illum de modestia exer- cendâ admoneret, item minas adhiberet, ni consiliis sanioribus deinceps animum applicaret; rex magnanimus, & naturâ ir- ritari perquâm facilis, indignatus, cum verborum contumeliâ non exiguâ mox respondet: *Vitam à Deo, regnum à subditis, opes autem à majoribus nactum esse: nihil ejus decessoribus, præter fidem, se debere: quam, si repetat, nunc remittere.* Domum redux, quæ à regni senatoribus, & Vandalicarum ur- bium delegatis, Stralsundia nuper acta, rata habet; ac contrarias vicissim literas accipit, quibus se civitates, ad has ur- bes, quarum sibi usum fructum annis quin- decim paœ essent, ubi elapsum id tem- pus foret, restituendas, obligarent. idem factum à Livonis, ac Borussis; tum & si- num austriani maris accolentibus; Batavi- que, & Zelandicis. Pòst, cùm Otho Brandenburgicus ejus nomine bona quæ-

dam, ac pecunias, Odersbergæ detineret, Stephano, Bavariae duce, filiisque, intercedentibus, Friderici Misnici arbitrio res est permissa: quodque ei videretur, ra- tum foret. Inde, per quietem acto anno toto, & quod excurrit, Frisiæ minorem petit; subditosque, eam terram incole- tes, cùm ab annis quatuordecim censum minimè solvissent, privilegia exhibere sua jubet. Annum proximum ingens famæ, atque eam, ut fieri ferè solet, comitata pestilentia, quâm gravissimè infestârunt. inter quæ, adversâ pressus valetudine, Valdemarus in Gurreâ arce obit; anno regni sui quinto & tricesimo. Paulo antè Helviga exceperat, ejus uxor, è quâ libe- ros sex sustulerat, Christophorum, Mar- garetam primam, Catharinam, & Valde- marum, immaturâ morte abreptos; Inge- burgam, duci Henrico Megapolitano nu- ptam; ac Margaretam denique alteram: quæ, Norvagiæ regi Haquino matrimo- nio conjuncta, eo paulo pòst defuncto, primò cum Olao filio, inde sola regnum tenuit. cui mox Norvagiam hæreditate, armis Sueciam adjecit; fortitudinis, ac prudentiæ summâ laude, ut deinde sum dicturus. Erat certè Valdemarus animi præclaris dotibus exornatus; ac de regno instaurato, quod dilaceratum à Christo- phoro parente acceperat, benè meritus: verùm fidei in uxorem parum constans. cui Tovillam, fœminam quandam Rugia- nam, cùm indignè prætulisset, tandem et- jam, ut peccato causam obtenderet, ac- cusatam impudicitia, in custodiam conje- cit. verùm Deus, innocentiae omnis vin- dex, extra culpam eam esse, satis mani- festum fecit; cùm ex illâ, jam captivâ, fortuitâ ex venatu Seburgum advenientis, ubi inclusa servabatur, consuetudine, na- sci Margaretam voluit: quam, prælatam quinque aliis ejus liberis, natu etiam ma- joribus, interceptis, aut exclusis, et si fœ- minam, nullo anteâ exemplo regni in Da- niâ muliebris, in folio patris collocavit: regiâque potestate, maximo cum suo ho- nore, ac bono subditorum publico, per sex & triginta annos frui dedit: ipsâ quo- num austriani maris accolentibus, Batavi- que diuturnitate regni felicissimi eviden- cisque, & Zelandicis. Pòst, cùm Otho tem numinis benignitatem sui ostendens. Verùm, ut virtutum gloriam eâ re obnu- bila-

cicccc
lxxv. bilavit, sic impietate extinxit; quâ & fidem Christianam se pontifici redditum, si reposceret; Deo autem cælum suum, si Gorreâ, ac Vortingburgo, arcibus à se exstructis, semper frui largiretur, relicturum restabatur: unde Reprobi cognomento non injuriâ est vocatus. Mortuo curatum funus Vortingburgi: sed mox filia Margreta Soram transtulit. Regnum autem post hunc tenuit

que haberent: neque ad militiam regis extra regnum tenerentur. quam si tamen etiam praestarent quidam, regis jussu, & interea domi, aut foris, caperentur, eos rex & intrâ annum suo sumptu liberaret, &, quæ damna passi forent, ante alteram militiam resarciret. ac, qui domi substitissent, integra his nihilominus privilegia permanerent. bellum rex ne præter ordinis utriusque voluntatem inchoaret, quæque bona præter jus erupta cuicunque essent, ea ut restituantur, omni ope niteretur: ac, si in haec ejus nomine aliquis prætendat quicquam, tum episcopus ditionis arbitros duodecim daret, qui, obstricti juramento, controversiam dirimerent.

O L A V S VI,
ex filiâ Margaretâ nepos. De quo postquam eligendo proceres Othoniam frequentes admodum convenissent, inter se fese dissidebant. nam, cùm illi id deberi rebus regni nullum ecclesiasticum rex admove magna pars existimaret, propter avum Valdemarum, ac spem etiam Norvagiæ, mox cum Daniâ, propter Haquinum parentem, conjungende; alii seorsim tamen arbitrari: potiusque dictitare, jam extinctâ stirpe regum masculinâ, è nobilitate aliquem, & indigenam, ad fastigium hoc evehere, quâm hereditatis iure necessarium mox accipere. etenim liberam esse Daniam, & eligere sibi regem suo arbitrio consueuisse; ac Norvagiæ se penumerò, etiam quem noluisse, obtigisse. itaque indignum planè, ut Norvagiæ servituti Dania libertatem impenderet. quin nonnulli Albertum item Megapolitanum objicere, natum maximâ filiarum Valdemari, Ingeburgâ; atque regno eo nomine, ni libertas eligendi repugnaret, propriam. ac comitia, inter hanc sententiarum differentiam, finem suum habuere; nec quid dignum memoratu actum ferè, quâm quod bona Petri Vidi viduæ, Cæciliæ, crepta pridem præter jus à Valdemaro, omnium consensu reddita. Tandem tamen in Olaum Cimbri primum, inde Scani, consensere; moxque fese Sialandi, ac Fionii, adjunxere: & Slaglosiæ, coram Haquino, Norvagiæ rege, item uxore Margaretâ, à proceribus regni cunctis rex Olaus declaratur; ita tamen, uti mater Margaretâ filium vix undecennem, dum maturam in etatem adolesceret, ipsa regeret: &, ne regnum per id tempus aliquid detrimenti caperet, provideret. additumque, ut privilegiis ordo sacer universus, sicut sub prioribus regibus, illibatis fruoretur; ordo equestris, nobilesque, jus felibrarum trium, ac novem, ampliusve, juxta ditionum jura, exigendi potestatem, uti pridem habuissent, ita porrò quo-

ret: subditosque dissidentes ipse, ac prefecti ejus, inter se conciliarent. nemo in vincula, nisi in facto deprehensus, aut convictus lege regni, mitteretur. quæ defunctus Valdemarus statutis, nisi aliis privilegiis, aut decretis item novis, abrogata, aut correcta, ea rata haberentur. agricole ad reparandas regis arces, predia, molas, nisi senatoribus regni assentientibus, nullo modo tenerentur: nec coloni, qui haberent agros proprios, novo tributorum onere, dum persolverent, quicquid aliud deberent, gravarentur. nemo bonis, nisi majestatis reus, aut militie contra patriam, mulctaretur. mercatores, Daniæque quivis incole, nisi à rege, ac senatu, rebus ita exigentibus, aliter statueretur, vectigalium immunes, libera commercia paßim agerent. nec quis in jus extra ditionem suam, quam incoleret, vocaretur. neu potentiorum quisquam cuicunque inferiori minaretur: qui fecisset, regi, aut episcopo, pro ejus ordine, cui minas intentasset, mulctam pendere damnas foret. denique comitia antiquo more, ad vice-simum quartum diem mensis Iunii, haberentur. In hæc admissso ad regnum Olao, Aleholandi, miæ Boguslaus Stetinensis ipsi, & Haquino patri, atque matri Margaretæ, Rugiæ nomine, quam clientis titulo tum possidebat, fidem, & obsequium, jurat. moxque eadem Roschildiæ Vratislaus, item fratres, ac nepotes, illi præstant. Inter ista, bellum Albertus Megapolitanus senior regno parat. etenim iniquum esse existimat, legi Olaum, filiâ minore natum; & Albertum, ex Henrico filio nepotem suum, è majore, præteriti: neque animo reputabat, apud Danos eligi, non nasci, reges. advocabat in auxilium etiam Al-

O L A V S VI.

bertum filium, Sueciæ regem. jamque, laus agens patris celebrat exequias, & rex ^{cicccc} etiam coronatur, occasionem Sueciæ rex ^{LXXXI.}

classe comparatâ, mari sese committebat; cùm tempestas ingens orta eam totam dissipavit, ac coëgit vela vertere. Albertus capit; &, absentia ejus usus, Scania vexat: efficitque, ut inducias Lundiensis, ac præfecti, anni unius, ac trimestris, constituerent: per quod tempus pacem haberent, & commerciorum utrinque inconcussam libertatem. Inde arx ^{cicccc} Thuonis Gilckerii, Scaniæ præfecti, Tystrupsoa, intercipitur. quod an, moto ab Alberto Sueciæ rege bello factum, an seditione quâdam, ignoratur. illud constat, ^{cicccc} mox Albertum, cùm finitæ inducæ es-^{LXXXIII.} sent, quas jam dixi, cum exercitu copioso ingressum Scaniam, & Laholmiam illic arcem expugnasse: sed, reginâ Margareta occurrente, minimè subsistere ausum, ocyùs pedem retulisse. Inter hæc Olaus ^{cicccc} in Norvagiâ agit: & commercia suis quæ-^{LXXXIV.} que locis ordinat. Inde in Scaniam re-^{cicccc} vertitur; &, à pietate orsus, in Laurentia-^{LXXXV.}

continebantur: cùm jam prior his Olaus se earum privilegia, & immunitates quavis, tuiturum declarasset. Hinc comitia circa ineuntem Iunium Neoburgi celebra; quibus cùm Olaus ipse, tum & mater Margareta, curam sibi legum regni summam fore testabantur: & equestrem quoque ordinem, ac nobilitatem totam, in eandem obstringebant. tum antistiti Lundiensi quartam partem cūsæ ibidem pecuniæ, more dudum usitato, rex attribuit. Mox collegio Lundensi controversia cum reginâ Margareta quædam nata est; quod, cùm illa Lindeholmiæ ferè ageret, præfecti ejus, hâc occasione usi, colonos suos præter æquum divexarent. sed composta ea statim, anno proximo: ac promisit Margareta, se deinde curaturam, ne quid tale eveniret. Nec multo pòst nobilitas quoque Scaniæ tota Lundensi archiepiscopo pacem à se, ac tutelam, pollicetur. Inde Olaus, mortuo Haquino patre, etiam Norvagiæ regnum, ex hæreditate debitum, adipiscitur. atque eâ occasione cum reginâ Margareta, ac proceribus Norvagiæ, agitatum; uti Danis, qui eorum pridem suau regem Olaum elegerissent, hanc vicissim gratiam fäcerent, ac deinceps regnum utrumque unius esse regis vellent. Finis anni, inundatione fert. quin indictæ supplicationes etiam, à tristis, magnam Frisiis, ad Holsatiæ ac-

Iaus agens patris celebrat exequias, & rex ^{cicccc} etiam coronatur, occasionem Sueciæ rex ^{LXXXI.}

Albertus capit; &, absentia ejus usus, Scania vexat: efficitque, ut inducias Lundiensis, ac præfecti, anni unius, ac trimestris, constituerent: per quod tempus pacem haberent, & commerciorum utrinque inconcussam libertatem. Inde arx ^{cicccc} Thuonis Gilckerii, Scaniæ præfecti, Tystrupsoa, intercipitur. quod an, moto ab Alberto Sueciæ rege bello factum, an seditione quâdam, ignoratur. illud constat, ^{cicccc} mox Albertum, cùm finitæ inducæ es-^{LXXXIII.} sent, quas jam dixi, cum exercitu copioso ingressum Scaniam, & Laholmiam illic arcem expugnasse: sed, reginâ Margareta occurrente, minimè subsistere ausum, ocyùs pedem retulisse. Inter hæc Olaus ^{cicccc} in Norvagiâ agit: & commercia suis quæ-^{LXXXIV.} que locis ordinat. Inde in Scaniam re-^{cicccc} vertitur; &, à pietate orsus, in Laurentia-^{LXXXV.}

nâ æde, quæ est Lundiæ, digna rege dona offert. ac deinde obviam ad Lubershøj Scaniæ nobilitatem blandè excipiens, pacem illi, & privilegia sarta tecta, pollicetur: ipsâ rursum in Laureptianâ æde obsequium suum sacramento obstringente. Ac inauguratio ea ideo potissimum facta, quod per illud ipsum tempus quindecim annorum inducæ, cum Vandalicis civitatibus rege Valdemaro factæ, quibus Scania ipsis pignorata erat, finirentur. Insuper, ut pietatem magis etiam declararet, privilegia dioceesi Lundensi plura tribuit, quâm priorum regum quisquam: simul etiam Sueciæ se verum hæredem, ac legitimum, literis tunc promulgatis, profitetur. Inde etiam Othoniæ, ac Canutiano ibi monastério, leges veteres, & immunitates, firmat. unde cùm Slesvicum sese receperisset, in sodales illic facros perbenignus, sua iis privilegia porrò esse rata jubet. Mortuoque paulo pòst Henrico duce, sine liberis, cùm in eo stirps deficeret, convocatis mense Iunio defiente Neoburgum senatoribus, in Gerhardum, filium Henrici Ferrei, Holsatiæ consuecum Daniæ episcopis, ut incolumem portuam Daniæ. nam, dum in Norvagiâ O-

cicccc
LXXXVI.

servare, ac res regni fortunare, Deus vel- ejus, Lundiæ, in San-Laurentiano tem-
let. tum & ipsa Margareta Tystrupsoam, plo, quod egregiè exornaverat, colloca-
à Thuone Gilkerio emptam, postquam ta; corpus, Soram est translatum: ubi &
vitâ functa foret, diœcesi Lundensi pro- in præsens ejus epicedia, prosâ ac versâ
priam dicat; eâ exceptione tamen, si Olao oratione, observamus. Erat certè bonus
è republicâ regni sui aliquando videretur princeps, & insignis pietate; pacis, justi,
eam evertere, id ut ipfi integrum foret: atque æqui, juxta amans: prudens ipse,
tignis tamen, & lapidibus, ac materiâ item pro ætate: & consilia senatorum, quos
cæterâ, è quâ ea structa fuerat, tum & ad- plerunque comites habebat sibi, perbeni-
jacente agro, in priori diœceseos pote- gnè admittebat. vitâ longiore dignus, si
state permanentibus. idque ipsum posteà sic Deo placuisset. sed is sæpe, ob delicta
Olaus quoque ratum habuit. qui deinde subditorum, bonos reges potius ostendit
LXXXVII. Falsterboæ diem obit, anno regni duode- regnis, quâm concedit.
cimo, vitæ vicesimo, & secundo. Viscera

I O A N N I S M E V R S I
H · I S T O R I A E
D A N I C A E
L I B E R V.

In quo res Margaretae, Erici x,
& Christophori III.

POstquam, mortuo O-
lao, Dania, Norvagia-
que, regibus parere
suetæ, nunquam regi-
men muliebre admi-
sissent, Dania tamen
Margaretam, cuius pri-
dem æquitatem, & prudentiam, perspe-
xisset, prona admodum accepit. Erat ei ex
fororis Ingeburgæ filiâ Ericus nepos, Vra-
tislao Pomerano patre natus; quem, pro
filio adamatum, mox confortem etiam
regni esse voluit: insuper spem fecit Da-
nis, apud Norvagos id se effecturam esse,
ut nec illi, præter voluntatem suam, aut
senatus item regni, regem sibi ullum ca-
perent. itaque reginam eam primi Scani,
hinc Sialandi, & Fionii, inde Cimbri, sa-
lutârunt. idem Norvagi fecerunt, anno
proximè sequuto; eo maximè permoti,
quod, Alberto Megapolitano electo, Sue-
ci jam à stirpe masculâ, & legitimâ, disce-
dentes, Haquino & Olao exclusis, fœmi-

næ se submisissent: tum quod etiam Al-
bertus, & Henricus item frater, qui so-
norem Margaretae Ingeburgam uxorem
duxerat, bello non Haquinum tantum, &
Olaum, sed & Daniam, ac Norvagiam,
variè jam divexassent. quam ob causam,
sic volente Margaretâ, constitutum, ut
Henricus regno utroque excluderetur;
&, spe succedendi erectâ, Albertus frater
ab auxilio afferendo alienus redderetur.
quin sententiam senatorum Margaretæ
item exquirere, quos Norvagiæ hæredes
veros, ac legitimos, post mortem suam
existimarent; atque, illis respondentibus,
Vratislai Pomerani liberos esse, quos is ex
Mariâ nepte, fororis Ingeburgæ filiâ, sus-
tulisset; porrò effecit, ut hoc ipsum scri-
pto publico declararent, & hæredem quo-
que ex illis, quem renuntiaret ipsa, con-
stituerent. post quæ, cum ulterius etiam
agitaret, Ericus, Vratislai filius, adhuc in-
fans, regni hæres proximus renuntiatur.
Erat & Haquinus quidam, regum Norva-
gorum

M A R G A R E T A.

gorum sanguine , uti credebatur , natus ; ægrè ferrent tum & displicere ille ibi cœ-^{cic}
vir, ut multo nobilissimus, ita inter Suecos perat; quod, indigenis præterhabitatis, regni
locuples : cui , tanquam stirpe masculâ o- maxima negotia, item arces, ac munitiora
riundo, cùm in regnum juris aliquid multi loca, peregrinis, Sueciæ res ignorantibus,
esse existimarent , nec is tamen satis po- commisisset : tum ad matrimonia extra-
tens ad hoc vindicandum foret, facilè re- neorum virgines quasque, viduasque , no-
gina obtinuit , uti illo , qualecunque de-
mum esset, volens cederet. Itaque reginâ
Daniæ constitutâ Margaretâ, ac consorte
item regni utriusque dicto Erico Pome-
rano, excluso Henrico Megapolitano, bel-
lum Daniæ, ac Norvagiæ, Suecus, & Me-
gapolitani , intulere. cumque Margaretâ
se per illud tempus Sueciæ reginam scri-
beret, Daniæ quoque, ac Norvagiæ, titu-
lum Albertus sibi , ceu injuriam ulturus,
vendicavit : quin & eò est proiectus , ut ,
mutatis regni Sueciæ insignibus , pro leo-
ne , triplicem lacum transmittente , tres
coronas, totidem regnorum indices, usur-
paret. quanquam sanè Sueci dicerent ,
Gothiæ, quâ se ad ortum illa, & occasum,
porrigit, proprium leonem esse ; ac coro-
nas speciatim ad regnum Sueciæ , & Op-
landiam , pertinere. insuper , quod rege
indignum , ad convitia prolapsus , modo
hanc Reginam absque braccâ dictitat; modò ,
Monachorum ancillam : quod, addicta sa-
cro ordini , maximè Soranum abbatem ,
cui peccata confiteri solita esset, in honesti
etiam suspecta amoris, observaret. etiam
jaçasse fertur; non se antè usurum pileo ,
per id tempus usitato , quâ cum Sueciâ
regnum Daniæ conjunxit. ac , quan-
tumvis de limitibus , arciumque item ali-
quarum situ, dissiderent, tamen ista magis
animos accendeant. hinc præsidia in li-
mitibus , arcibusque , collocata , & illati
commeatus : ac Albertus, in Megapolita-
no agro, proximâque huic Germaniâ; Mar-
gareta, in Pomeraniâ, sibi auxilia compa-
rare. quin & ille cotem huic per contem-
ptum longam mittere, quâ cùm ipsa, tum
& gynæcium ejus universum , acus suas ,
forficesque, exacueret. & hæc etiam Ro-
schildiæ , in majore urbis templo , ad pa-
riitem suspensa , hodie spectanda exstat.
Inter ista , serio paratur bellum ; & habe-
bat Margaretâ inter Suecos , qui non pa-
rum in partes suas propenderent : eos ma-
xime , qui evectum ad id regnum pridem
Albertum , in Haquinum magis proni ,

ccc
LXXXVIII.

maxima negotia, item arces, ac munitiora
loca, peregrinis, Sueciæ res ignorantibus,
commisisset : tum ad matrimonia extra-
neorum virgines quasque, viduasque , no-
bilissimas adegit; sanguine interdum si-
bi junctos dicens, homines nullius loci, &
prosapiæ obscuræ ; uti nuptiis tam illustri-
bus non indigni viderentur. ad hæc, belli
contra Daniam prætextu, incolas tributo
nimio onerabat: &, exhaustis inde opibus
prædia in agris sua , tertiamque illic vil-
lam , ne deficerent impensæ , exhibere
compellebat: & nonnunquam, invitis quo-
que possessoribus, occupabat. quibus pro-
ceres offensi, cùm orarent , *ne immunitates*
regni, atque jura, in quæ sacramentum dederat,
imminueret; adderentque, si audire monentes
vellet, & extraneos dimittere, facilè se effectu-
ros, ut stipendia, illis debita, exolvantur; præ-
diaque, atque arces, quæ eorum nomine in pi-
gnus datæ, liberentur; tum & regnum univer-
sum denique exoneretur. sed Albertus, recta
adeò consilia aspernatus , ac propositum
porrò urgens, cùm id pertinaciùs faceret,
Sueci, se respicientes, à reginâ Margaretâ
opem petunt. atque illa pollicetur ; eà le-
ge, *uti se reginam agnoscant, ac legitimam ha-*
redem, qualem & maritum Haquinum ante
mortem agnovissent. quo responso etsi mul-
ti è proceribus graviter percellerentur,
exstitere nihilominus, quibus quidlibet faci-
lius, quâ presentem statum ferre, censeretur.
itaque paulatim ei fidem obstringunt , &
obsequium ; præeunte in exemplum Ma-
gni F. Algotho : qui Marcanam ditionem,
ac Kyndanam, item arces, Obersteinam ,
& Oresteinam , statim tradit. quem se-
quunti , qui jam dudum alieni ab Alberto ,
in occulto Margaretæ , & Haquino, dum
vivebat, studia sua destinaverant. Per hos
illa in potestatem suam accipit Albam ,
Tavaftam, Razeburgum, Castelholmum ,
Crytzeburgum , ac Helsingiam univer-
sam, cum fodiinis Dalecarliæ , ferri , & æ-
ris: tum & totam Ostrogothiam. ac fodi-
næ quidem æris cùm Holsatis , ob stipen-
dium, debitum Henrico Ferreo , qui pro
Sueciâ contra Moscos militaverat, pigno-
ratæ in partem essent, ut facilius Gerhar-
dus, Holsatiæ comes , ab Alberto abdu-

ceretur, senatores, qui cum Margaretâ erant, jam amplexis ejus partes Dalecarliis, potestatem illi faciunt, uti de fodinis istis pro arbitrio ipsa suo cum Holsatis agitaret. Tandem quoque Ericus Ketelius, regni equitum tribunus, se se Margaretæ dedit; quæque à senatu pridem facta essent, rata habet. Ablegaverant ad reginam Byrgerum Vlfonem, & Stenonem Benedictum, ut cum eâ suam illi vicem agerent: qui cùm mox reversi essent, atque acta retulissent, literas Nicopiâ senatus scribit; & in istis veram Sueciæ reginam, ac Norvagiæ, sicut Daniæ, consulant: tum &c, rata se habere, quæ ab illis acta forent, adtestantur. Albertus, armis rem gesturus, cùm indigenæ militis non satis esset, ad extraneum comparandum, à präfecto equitum Crucigerorum in Borussiâ, Cunrado Iungingenio, aureorum millia viginti accipit, & Gothlandiam oppignorat. quo subsidio è Saxoniâ, agro Megapolitano, & Holsatiâ, haud exiguam manum parat. aderat & Bugislaus, dux Stargardiæ, comes Holsatiæ, Gerhardus; ac Repini item, Otho. Margareta, animi virilis fœmina, & consilii, non se deserit; obviamque illi mittit duces belli peritissimos, Ivarum Luckium, Henricum Parovium, Vikenum Norbium, ac Lotharium Caboltium. Ad Faloniam conveniunt, Gothiæ occidentalis pagum, inclinante jam Septembri, acriterque manum conserunt. fortiter pugnatum utrinque; & victoria aliquamdiu in ancipi: donec tandem fusi Sueci, ac fugati. cæsi plurimi; capti, ipse rex Albertus; & Ericus, ejus filius: tum, quos memoravi, comites, Repini Otho, & Holsatiæ Gerhardus: ac Rudolphus, episcopus Scarenfis. rex, & filius, primò in Bahusiam arcem, limitaneam Gothiæ occidentalis, ac Norvagiæ, ad reginam Margaretam; hinc Lindholmiam, Scaniæ munitionem, ubi septem circiter annos exegere, abducuntur: cæteri, in alia loca distributi. Cùm Albertus hunc in modum captus esset, Sueci super novo rege eligendo dissedere: at vicere tamen illi, qui captivo regi suo, neque causâ satis cognitâ, successorem dare velile, ab honesto, uti erat, alienum statuebant. itaque dilata in præsens Margaretæ

inauguratio; cùm interea inter se Germani, & Sueci, altercantur: dum Germani his improperant, *de eorum fide agi, nisi regem suum liberent;* & hi regerunt, *nec susceptum à se bellum, nec in id consensum esse.* quin ad ipsos, qui auctores mali essent, potius id pertinere: se tributis sic exhaustos, ut tueri libertatem haud ultra queant. Quæ dum agitant, mox Rostochium, atque Megapolitani, & Virmaria, arma in reginam capiunt; maximè cùm partes regis, quanquam capti, & Stockholmum, regni caput, & nonnulla loca alia, etiamnum sequentur. itaque in prædam dantur tria regna; & Ioannes Megapolitanus classem Balthicum in mare educit. quæ, initio tempestate dissipata, postquam reparata esset, rectâ petiit Stockholmum. ubi factâ exscensione, oppidum obfessum inveniunt, liberantque; & important commeatum, aliquamdiu suffectum: inde in vicina loca facto impetu, a-gunt omnia, feruntque. occurrebat ad Tillingam rusticorum multitudo, & grafsantes coercere cupiebat; sed, dum imprudentius agit, frustra sine duce fortis, penè universa cadit: efficitque, ut is locus, in memoriam hujus stragis, posteà Mons rusticorum, quo & nomine hodieque appellatur, diceretur. neque hîc ferocia stetit; verùm Megapolitani, ut piraticam ipsi acriter exercebant, ita alios ad eandem invitabant, & in portus admittebant. quâ re factum, ut, prædonibus pleno mari, ingens passim regna damnum paterentur. quin Gothlandiam expugnant; &, piraticæ illâ statione usi, omnia infesta habent. Inter hæc, in Sueciâ Calmarienses etiam partes Margaretæ amplectuntur. in Germaniâ, dux Stetini, ac princeps Rugiæ, Bugislaus, fidem ei, & auxilium, contra qualemque hostem, pollicetur. Mox regina convocari denuò Norvagiæ senatum jubet; ac, cùm ille convenisset, successorem fibi verum, & legitimum, Ericum Pomeranum dicit, natum ex Mariâ nepte, fororis Ingeburgæ filiâ. etenim fœmina prudentissima ad prosapiæ suæ decus pertinere non immerito censebat, ut, cùm diem ipsa suum obiisset, ea etiam deinceps tria regna borealia possideret. Quod se-quutum est biennium, in Norvagiâ, Sueciâque, ferè egit; rebus ibi, ut videtur, ordi-

ordinandis, & dissidiis intestinis compo-
nendis, occupata. Hinc in Daniam re-
versa, cum Gerhardo Slesvicensi, & Hol-
satiensi, pacem firmat; statuitque; solam du-
catis, comitumque, in ducatu Slesvicensi,
& Holsatiensi, juris dictioñem fore; neque
se deinceps quicquam ibi curaturam esse.
ac vicissim hi negotiis regni Danici absti-
nerent: nec Gerhardus aliquid praeter
clientelam, & obsequium, quo obstrictus
regno, ac reginæ, erat, cogitaret. Piratæ,
quos commemoravi paulo antè, cùm vi-
derent rem paulatim ad pacem ire; ac fu-
turum, ut desistere à piraticâ cogerentur,
mare Balthicum deferentes, in Oceanum
se effundunt: &, Norvagiam infestantes,
Bergam, emporium in hoc tractu nobis-
simum, populantur. inde, cùm regina
eorum navem unam nacta esset, socios-
que, qui in illâ, octoginta, digno capitis
suppicio affecisset, dissipati, pars ad suos
redierunt, pars ignota littora septentrio-
nis oberrârunt: quidam, in occidentem
versi, & in Frisiâ commodam stationem
adepti, naves Belgii, Galliæ, Britanniæque,
& Hispaniæ, infestârunt. Margareta, ani-
mo ad pietatem applicato, partem alte-
ram arcis, atque præfecturæ, Viburgensis
præfuli ejusdem donat. nec contenta li-
beralitate istâ, Lundensi dioecesi privile-
gia, & immunitates, firmat. moxque ad
eam, Helsingburgi tunc agentem, cùm le-
gati à Vandalicis civitatibus, de Alberti,
jam sexennium captivi, liberatione acturi,
advenissent; & ex iis fortè unus per tumul-
tum cæsus esset, domum cæteri, re infe-
ctâ, properanter reverterunt: sed remissi
anno proximo, quod volebant, effecere.
traditusque in potestatem civitatum rex
Albertus, atque unâ Ericus filius; eâ lege,
ut reginæ intrâ proximum triennium sexaginta
argenti puri millia sélibrarum solveret; aut Stoc-
holmum illi traderet, ac renuntiaret juri, quod
in Sueciam prætenderet. quin & fidem civita-
tes interponerent; quibus rex viciſſim loco pi-
gnoris Stockholmum daret, per id tempus possi-
endum. cumque Albertum Margareta, è
Lindholmiensi carcere liberatum, ipsis
Helsingburgi traderet, illi scripto sunt te-
stati, se conditione dictâ eum illic accepisse; &
facturos, ut promissa apparerent. Cum his et-
jam dux Barnimius Pomeranus, Ioannes

Megapolitanus, filiusque, & nobilitas ferè cīo ccc
tota, pro Alberto spōndere. ac seorsim
est promissum; nullas intrâ id triennium ar-
ces, aut munitiones, strūctum iri: veteres au-
tem reparare, liberum utrinque esset. & Goth-
landia, sicuti possidebatur, ita porrò etiam possi-
deretur. quod si quicquam rex Albertus, aut
qui ei militarent, post id tempus vi invaderent,
id reginæ evestigio redderetur. Ita Albertus,
justo numinis judicio, regnum, quod a-
vunculo Magno eripuerat, Margaretæ
tradere coactus fuit. diu quidem, conni-
vente ad injuriam summam Deo, id te-
nuerat: verùm ultio divina, quanquam
lenta, tamen certa est; nec evadere quis-
quam homo illam potest: ac, quo minus
ferè properat, eo gravius affigit. & Al-
berto non duntaxat id perniciōsum erat,
quod per nefas regnum Sueciæ invasisset;
verùm magis etiam illud, quod, contem-
ptis regni legibus, in quas sacramentum
dederat, perfidè indigenas proceres asper-
natus, m̄tinia, ac dignitates, inter popula-
res suos distribuerat. nempe ita usu venit,
ut, imperia aliena qui per nefas summum
occupant, ea indignè, sicut nacti, guber-
nant, ipsi sibi ad ruinam gradum struant.
Margareta, pia princeps, uti Deo gratiam
pro beneficio referret, neque se id posse
sciret, nisi in ministris ejus, episcopo Ro-
schildensi, arcem Soltam, ac præfectu-
ram, tum Dfaxholmiam, præter aḡrum,
ad Callemburgensem arcem pertinentem;
Othoniensi, dat Kestrupam, & Thossin-
gam. præter hæc, & sacerdotibus, qui in
pagis sacra obirent, quæ episcopis debe-
bant, cùm ad ipsos interviserent, liberali-
ter remisit. hinc in Sueciam digressa, unâ cīo ccc
cum nepote Erico, ipsa Sueciæ regina om-
nium suffragiis renuntiata, ac coronâ insi-
gnita, ætatem inclinantem obtendens, pe-
tiit, obtinuitque, ut Ericus, tunc annorum
quatuordecim adolescens, ad Moraſten,
loco in talibus usitato, Sueciæ rex dicere-
tur. inde, cùm se ad res regni ordinandas
convertisset, congregatis ad Nicopiam
senatoribus, constitutum; uti prædia, alia-
que territoria, quæ, ad Sueciam pertinentia, ab
Alberto aliena facta essent, ocyus retraherentur.
ac munitiones novæ, inter bellum excitatae, illicē
diruerentur: quique jure, & immunitatibus,
regni frui vellent, intrâ sex dierum hebdomadas
jusju-

ccc
xcvi.

jusjurandum regi, ac reginæ, darent. tum quæ in prehensos animadvertisit. tum præfe. cccc
milites reginæ, aut clientes, usurpassent, iis condonata forent. interim nobilibus regni sua cuique redderentur. ac, si quando visum regi, & reginæ, indicato loco, ac tempore, regni proceres convenirent; & de uno, eoque Erico, trium boREALium regnorum rege declarando agitarent. in super & constitutum; ut fodina æris omnes, preter eas, quæ ad Westerosensem episcopum pertinerent, regno restituerentur: tum, reginæ quicquid dotis nomine concessum esset, rege Erico constituto, id ipsius, quoad viveret, permaneret. quæque ei senatores, postquam primum Sundercopiam advenisset, decem millia scilicarum puri argenti promisissent, itidem persolverentur. denique, ut bona regni, prædiaque, quæ nobilibus pignorata, fuerentur. Quibus actis, Margareta, si cui deberet quicquam, indicare istud jubet: se paratam id exsolvere. sed testari universi, nullum esse, cui non sit satisfactum: gratiasque, quantas possent, omnes agere. Post hæc, Sueciæ relicta, cum Erico Daniam repetens, eam obit: & ubique, magnâ æquitatis laude, jus subjectis suis dicit. tum & constitutione super præfecturis regni promulgata, non exiguam pecuniam in ærarium inde infert. Cùm in Cimbriæ boreali versaretur, revocat extores omnes, ac se juri sistere jubet; simul vetat, ne quis iis interim hospitium daret, neu perfugia sceleratis quibuscumque ulla. deinceps haberentur, aut munitiones novæ struerentur: quæque regni ante tempus id fuissent, ea uti redderentur. qui Erico necdum sese sacramento obstrinxissent, intrâ diem decimum quartum illud facerent. regni cause, ante omnes alias commercia regni animo, portus prohibet, nisi ubi consuevissent. nautas, atque mercatores, naves regiae si in mari frangerentur, bona, tabulas earum, quas in littore collectores invenient, restituere tenerentur. denique in usum leges, bello interceptas: & ut

Etum Cimbriæ boreali pónit, ac supremum item judicem. Apud Suecos, cùm non nulli bona quædam, velut libera, possident, ex decreto Erici regis, ac senatus, judicatum est; ea regno obnoxia esse, ac debere illi censum: ideoque ad antiquam consuetudinem revocanda, nisi aliter rex Ericus, & regi, na, censuissent. Per id tempus Margareta, & Ericus, Nicolatum, Holsatiæ comitem, ac nepotes ex Henrico fratre ejus, Assenacum evocârunt: ac ducatum his Slesvi- censem obtulerunt, eâ lege, ut clientes regni essent. verum illi recusabant, & stipendia se sub rege facere malle testabantur. Hinc Calmariam reginæ, comitem Ericum habens, sese confert; ac, vocatis illuc cunctis trium regnum senatoribus, inaugurationem ibi Erici instituit, maximâ solennitate. atque, ut nobilitatis animos sibi in initio principatus devinciret, centum & triginta sex in istâ viros dignitate equestri ornat. itaque solenni ritu dicto ab omnibus sacramento, Daniæ rex, Sueciæque, & Norvagiæ, publicè pronuntiatur. deinde, ut tria hæc regna ipsi, post risque ejus, certa essent, novo foedere inter senatores icto, uno omnium consensu constituitur, ut deinceps tria hæc regna unum tantum regem haberent: isque semper omnibus consentientibus legeretur. si Erico filii plures nascerentur, unus horum regna universa acciperent: ceteris tribuerentur certæ quædam ditiones, intra quas se continerent: filiabus, si quæ forent, more prisco sedulò prospiceretur. si decederet sine liberis, tum communibus suffragiis cum sibi recognoscerentur: & imprimis curaretur, ne æratum alibi detrimentum caperet. inde, verso ad regna singula suis legibus uterentur: ac, sanctâ rent: ac, naufragium si qui forte aliquando patierentur, iis semper subvenirent: bona, ipsosque omnium præteriorum oblitione, pacem semper terent, tamen mox simultas quædam inter regem, & Stenonem Sturam, orta est; quod hic illi, ut promiserat, intrâ hebdomadas duodecim nullo modo se stitisset. Per id tempus vitâ excessit Alberti, pridem Suevocat leges, bello interceptas: & ut cia regis, filius, Ericus. quo is magis compare à piratis liberaret, maximâ severitate sternatus, spem de regno postea recuperando,

MARGARETA.

rando, quam fovebat in interiore animo, mus inter curas pietatis à reginâ actus fuit; cīo cccc
 planè universam abjecit; atque Suecis, qui quæ episcopo Ripensi Trojeburgum, cum
 Stocholmum etiam tum ejus nomine tue- Liensi territorio, est largita: tum cœno-
 bantur, & obsidibus, qui pro summâ, pau- bium in Gabnoâ insulâ condit, in hono-
 lo antè memoratâ, fidem suam interposue- rem S. Agnetis. Aliquanto inde tempo- cīo cccc
 rā, scriptis literis, primò fidem eorum re nihil dignum memoratu gestum fuit; & cīo cccc
 laudat, inde mandat, *ne quid fatis ultra ob- effluxit per quietem, otiumque, quadrien-*
luctari vellent, ac regine Margarete sine morâ cīo cccc
sese dederent. Ac Stocholmum quidem op- nium: cūm tranquillâ, & inconcusâ, pace iii.
 pidum, & munitiones alias, quæ Alberti Dania frueretur. Hinc, cūm bello cum cīo cccc
 hactenus in fide manserant, sexaginta mil- Dithmarsis dux Gerhardus Slevicensis iv.
 le felibris puri argenti, uti dictum, pigno- cecidisset, rei angendæ occasionem datam
 ratæ, hunc in modum in reginæ Margare- rata, ab Elisabethâ viduâ, tunc pecuniis
 tæ potestatem pervenere. Ad hæc etiam indigente, aliquot Holsatiæ arces, ceu re-
 Steno Stura, aliique, Helsingiam, Faxhol- præsentatæ summæ certum pignus, suam
 miamque, ac dimidiā Medelpadam, in potestatem accipit. & à filiâ Nicolai,
 Norrebotam, & Crytzbergam, tum quæ Holsatiæ comitis, in eâdem illâ pugnâ cum
 ed pertinebant ditiones, itidem tradunt. Gerhardo fratre cæsi, arcem Oppenra-
 iamque ei, præter insulam Gothlandiam, dam capit; eâ Erico, Saxoniæ duci, eloca-
 nuper ab equitibus Teutonici ordinis oc- tâ, & exhibitâ ex ærario suo dote. Grode-
 cupatam, nihil deerat. quam Ericus ut busam, demolita munitionem, diœcesi
 subjiceret, copias in illam misit, ducibus Slevicensi pietatis ergo donat: omniaque
 Algotho Magno, & Abrahamo Brodero. pro arbitrio in ducatu illo agit. Nec in
 hi Visbuam oppidum cūm obsiderent, ac Sueciâ quiescit; plurimaque municipia, at-
 ditionem urgerent, milite præfidiario que arces, & in istis Scindelburgum, à Ni-
 quâ fortissimè repugnante, Venceslaus colao Limbekio emptum, regno addit.
 Imperator, ordinis Teutonici tutelam ad quin mox etiam Rimstedam, & Rimsted-
 se pertinere arbitratus, per legatos rem holmum, Nicopiæ pronuntiante id sena-
 componit. actum fuit Helsingburgi id ne- tu, illi vendicat: ac Gripsholmum à Ca-
 gotium. placuitque, uti insula regi cede- nuto Boëtio redimit. Hinc de Axelval-
 ret: isque ordinis magistro novem millia v. dâ arce, atque ejus præfecturâ, ita statuit;
 aureorum Anglicorum, quos appellant uti sibi, & Erico, clientelæ nomine asser-
 vulgò Nobiles, pro impensâ belli solveret. varetur. ac cūm ipsa, & Ericus, diem suum
 quæ pecunia cūm non ita prompta esset, obiissent, Catharinæ, Erici sorori, trade-
 eam insulam aliquamdiu equites Teuto- retur: atque eâ item mortuâ, regno cede-
 nici retinuere. estque rex interea cum iis vembri exeunte, scripto dupli publica-
 pactus, ut renovaretur fœdus, quod jam to, Albertus palam profitetur; nullum se
 olim iectum fuerat; & commercia subditis in tria regna, quive ea habitarent, jus obtende-
 suis, ordinique, libera utrinque essent. re: atque idem heredes facere. tum testatur;
 Hinc Rostochium, & Vismaria, ad regi- nunquam se Erico regi, aut heredibus, bellum
 nam oratores suos mittunt, qui offendam illaturum esse; ac, jam tradito Stocholmo, pa-
 deprecantur, quod piratas, mare Balti- cem quoque illibatam servaturum: quin & ip-
 cum infestantes, in Alberti regis gratiam, sum, & heredes, regna ea, ac ducatum Slevi-
 non duntaxat tuiti essent, sed & naves in- censem, ubicunque demum possent, adjuturos.
 struxissent, & in portus recepissent. in hoc Mox regina Ingeburgæ, antistitiae Ribbe-
 ipsum alii quoque à Lubecâ, & Hambur- nissensi, ex sorore nominis ejusdem nepti,
 go, ac Stralsundiâ, advenere. quibus fa- trecentas argenti felibras, pietati impen-
 cta gratia præteriorum; ac concessum, dendas, ac virginibus, quas missura ipsa
 uti privilegiis suis intrâ regna more anti- esset, educandis, liberaliter largitur. quan-
 quo fruerentur: eo pacto, ne quid istis, quam postea, integrâ donatione, alium
 quæ regina cum Alberto, atque ipsis, pri- earum usum esse jubet. Hinc Ericus, mu-
 dem egisset, fraudi foret. Annus proxi- niendo principat vi, cūm uxorem cogita-
 ret,

cccccc ret, filiam Henrici iv, regis Angliae, Phi- cepisset, properè munit: & adjectum illi
nere cupiente. adeoque isthic quoque exploratum; fortunam exercitus universi in unius ducis capite sitam esse. ac non Hamburgenses tantum, verum etiam Lubecenses, quanquam anteà totis animis, vi- ribusque, bello intenti, mox à castris discessere. Instruxerant eadem urbes classem aliam, quæ servaret Oresundam; na- vibusque, fretum istud transeuntibus, con- tra Danos opem ferret. sed Ericus, cui gnarum isthoc esset, aliquot è suis objicit: quæ, repulsæ primo prælio, postquam manus iterum conseruissent, totam eam pro- fligârunt. Vixque hæc ita gesta erant, cùm triginta Lubecensium oneratae mercibus pretiosis naves, post conflictum satis a- crem superatæ, in Danorum potestatem devenere. Inde Orcadum præfectura, quam, ablatam ab episcopo, in Davidem Meinerum Scotum rex transtulerat, uti supra memoravi, cùm is illâ minus rectè uteretur, huic eripitur, & episcopo resti- tuitur. Inter ista Sigismundus Imperator scribit ad Rostochienses, Vismarienses, Lubecenses, Hamburgenses, aliasque Hansaticas urbes; missum Norimbergam Vr- sinum cardinalem à pontifice Romano, uti ar- ma in Bohemos perduelles, & hereticos, cape- rentur: ac jam reges item aliquos, & respubli- cas, operam suam promisſe. & in istis regem Ericum; ad quem pridem Michaëlem Honninge- rum ablegasset: verum, eum quād indignè ex- cepissent, minimè se ignorare. tum hoc quoque satis scire; quād iniquè, contra latam à se sen- tentiam, bello ipsum divexare instituerint. è quā re cùm heresis non parum incrementi capiat, monitos velle, uti sumpta in illum arma tandem ponant. quod ni faciant, pœnâ usurum, in obsequium recusantes usitatâ. Scribit quoque ad Ericum; accepisse, quas dedisset ad se literas; tum intellexisse item ex Michaële Honningero, bello ipsum cum Hansaticis civitatibus iniquif- simo involutum, se invito, & ignaro: atque eâ ratione se subsidio privari, quod utrinque ex- spectaret. ideoque, literis ad illos scriptis, exhortari universas, uti pacem amplectantur. insuper & Nicolaum Stochium nunc ablegare, virum juris peritissimum, ac consiliarium suum, qui negotium adjuvaret. quæ quantumvis hunc in modum se haberent, tamen Vandali, & in his Vismarienses ante omnes, literas ad regem Ericum planè inimicas scribunt,

ERICVS X.

& nil nisi bellum spirant; accusantes, quod cīo cccc tam variè afflictos magis etiam infestaret, neque rationem ullam privilegiorum ha- beret. Inter ista, Stochius Lubecam ve- nit; qui, senatu statim dato, Cæsarî man- data exponit: abhorre illum à bello; ac præ- fertim, quod Erico, cum ingenti rei publicæ Chri- stiane detrimento, intulissent. non habere ullum dubium, quin se dominum agnoscerent; itaque mirari magis, quod invito, & ignaro, contra fædus, quod pepigerant; & Imperii constitutio- nes omnes, rege Erico nihil juris recusante, in hoc bellum consensissent. tum & hoc videri mirum, quod Holsatis opem ferrent; qui fas omne, etiam promissa sua, contemnentes, quam sententiam tulisset, aspernari ausi essent. si Holsati aliquod in regem tamen ius prætenderent, id pontificis arbitrio, Cæsarisque, non gravatè hunc permit- tere. post hæc suadet; uti classem, militem- que, revocarent: & inducias, per quas contro- versia omnis tolleretur, in sexennium consti- tuerent. simul monet, ne Imperii majestatem vili penderent. denique addit; ad Ericum, & Holsatos, itidem mandata habere. Ad quæ dum responsum differunt, in Reinfeldiam mo- nasterium, ubi tunc Holsati erant, se se confert: sed, cum illis colloquutus, nihil refert, quād, se nolle cum Erico ullo modo convenire, nisi, quod hereditate deberetur, ipsis daret; & commerciorum jura restitueret. quæ cùm ille pro responso accepturum se ne- garet, Lubecenses, ad quos tum reverte- batur, cùm deliberassent paulum, respon- dere; se paratos ad obsequium: iret modo ad Ericum, & ipsius quoque animum, an in pacem propenderet, exploraret: nec se antè revocare militem, aut classem, posse. de inducisi, facile conventum iri; dum captivi interim dimitte- rentur, & antiquis privilegiis etiam daretur frui. Hinc in Daniam profectus, quæ re- sponsa ab Holsatis, ac Lubecensibus, ac- cepisset, regi narrat. simul aperit, quæ mandata Cæsarî ad ipsum ferret: & hor- tatur, ut ad pacem animum inclinare ve- lit. ad quæ ille; gratum sibi pacis nomen: ac paratum, in Cæsarî gratiam, commodumque rei publicæ Christianæ, quiequid ratio suaderet, per- juris peritissimum, libenter effecturum. Hinc conventui consti- tutus dies pariter, locusque: ac diei pro- ferendi Stochio potestas data. qui Slesvi- & in his Vismarienses ante omnes, literas cum cùm se inde recepisset, & Holsatis animum benignum regis, & in pacem in- clina-

cccc clinatum, indicaret, maximus Holsatiæ comitum petulantius respondere: Stochioque varia interponente, pro Flensburgo, quod conventui destinatum, Falsterboam sibi Holsati elegere. quā re Stochius intellectā, cūm in Daniam proficiisci institueret, aliud Holsati ingerunt; & cum iis urbium quoque delegati: *mare infestum valdē esse, nec piratas divagantes revocari statim posse. insuper & vitio sibi datum iri, si inducias constitutas ullā ex parte violarent: tum & tempus, quo deberent convenire, jam elapsum.* ad quā respondere Stochius; anteā id indicari debuisse: neque juri facile locum inter arma ullum esse. ac sciendum; nullo metu adductum regem, ut in pacem consentiret: verū solo in rem Christianam affectu, & ne hæresis per hoc bellum incrementum aliquod, aut robur, caperet. quod ad diem attineret, quem elapsum esse dicerent, se illius proferendi plenam potestatem habere. itaque mox iterum causa in senatu apud Lubecenses acta; placuitque, ut à festo Paschatis octavus dies caperetur: eo se, si ventus ipsis adspiraret, literæque commeatus mitterentur, adfuturos. sed, ad regem cūm regressus esset Stochius, quantum passim detrimenti urbium, & Holsatorum, naves darent, intellexit. cumque nihilominus eum hortaretur, uti ad conventum indicatum ire vellet, se libenter id facturum esse dixit; Cæsarī causā, & utilitatis publicæ; non in gratiam Holsatorum, aut Vandalicarum urbium; dummodo Holsatica classis suo nomine ituris literas commeatus daret. Inde cūm præfectis classis, Gerhardo Holsato, ac Ditlevo Alefeldio, colloquutus, indignationem illis Cæsarī interminatur, nisi morem ipsi gerent; ac, depositis statim armis, ad conventum, in quem civitates ipse, principesque, quorum ea classis esset, consensissent, unā adessent. Erant verò in hac classe naves ducentæ sexaginta; & in istis, hominum duodecim millia: præter alios piratas, qui Vitaliani vulgo appellati, octingentos. Eæ naves, cūm se ad Vismariæ portum collegissent, vento observato prospero, urbem Hafniam petiere. sed rex suas ita instruxerat, provide que ordinaverat, ut exscendere nusquam possent. ac regina, per absentiam Erici, item cives, & juventutem universam, armis aptam, convocaverat; præmiisque constitutis, ad virtutem excitaverat. &

Vandalici, et si quidlibet tentarent, tamen, conatorum irriti, retrò cedere sunt coacti. Vitaliani, qui scorsim militabant, Landes- cronam, Scaniæ urbem, populantur, & incendunt. hinc Norvagiam petentes, Bergam invadunt; & ingenti inde prædā comportatā, se Vismariam recipiunt. Quæ in mari dum geruntur, Adolphus Holsatus, quiq[ue] ei se conjunxerat, Gulielmus Brunsvicensis, borealem Cimbriam diripuere. Inter hæc Philippa Hafniæ, uti animos juventutis, quæ se fortiter pridem gesserat, porrò ad virtutem incenderet, epulum in arce instruit; ac commendatram se Erico eam pollicetur: qui, quam meruissent, gratiam posteà redditurus esset. Per id tempus Lubecenses in conventu, qui Slucopii habebatur, coram Rzeburgensi episcopo, sunt testati; nullum sibi cum Erico, Hussi causā, quod vulgatum, bellum esse; sed ob privilegia sua, aliasque immunitates, quibus ille aliquoties vim fecisset. etiam se paratos esse, quod Ericus obtulisset, ut magister equitum Teutonici ordinis per Borussia[m] cause arbiter caperetur. nec per se stetisse item, cur id minus factum foret: verū regis illud culpā, qui legatos illuc mittere neglexisset, evenisse. nec pontificis mandatis, Cæsarive, aut Imperii Electorum, de suscipiendo bello in Bohemos, defuisse. Michælem Honningerum, scuti relatum Cæsari, non à se, sed à piratis, se ignaris, captum esse: inde in Daniam missus; quæque officia potuissent, praeslitisse. quin & morem Stochio gesturos esse, si rex item auscultaret; ac, quod Falsterboam quidem non venissent, ventis illud adversantibus, non maligne voluntati, imputandum. itaque majorem in modum Cæsarem oratum velle, ne iratus aut proscriberet immerentes, aut quā aliâ pænâ afficeret. denique, affini Cæsari in negotio regis Danie non judicium tutò sat permettere posse; ideoque animo demisso orare, uti judicem ex Imperiū principibus alium quemvis, in quo acquiescere possint, constitueret. Interim, diplomate edito, querebatur Imperator; quod negotium illud pontifex, cūm humani, non divini, juris esset, suum in forum pertraxisset. atque ne pontificem Romanum quidem, nedum alium quenquam principem, in negotiis civilibus, se superiorem agnoscere: ideoque serio velle, ne iudicium aliquis ecclesiasticus sibi isthic vendicaret. ac rogare Brandenburgicum, Saxonem, &

Luneburgicum, ut Ericum adjuvarent; ac sententiam, quam tulisset, si Holsati contumaces morem gerere detrectarent, illico exsequerentur. Quibus pontifex permotus, literas, quas ad Colonensem dederat, revocare statim instituit, irritasque esse jubet. At conventus, qui Nicopiæ Falsterboæ indictus erat, anno demum proximo habitus. ad quem postquam coiissent, diu frustra perceptatum est. cumque initio placuisset, ut Imperii principes quatuor arbitri eligerentur, & sententiæ dissiderent, mox in unum inclinârunt. quem cum Cæsarem rex Ericus, pontificem Holsati vellent, ne sic quidem animi conciliari potuere. quam ob rem manente bello, regina Philippa, prospero ad Hafniam successu pridem excitata, & ulcisci contumeliam regis viri fœmina animosa cupiens, classem parat; & imponit viros mille quadringentos; sed non par eventus fuit. nam, cum statim impetum in Stralsundenses facerent, hi præmoniti, &, quid molirentur, gnari, naves alias objecere: quæ pugnantes magno animo, ac superiores factæ, maximam Danorum partem cecidere, aut captivam abduxere. tum &, ut calamitatem nova ferè comitatur, alia reginæ navis, Suecum tributum vehens, in Vitalianos incidit: & post pugnam, quamvis acrem, superatur. quam rem cum ægerrimè Ericus ferret; ac reginam, fortè uterum tunc fermentem, inclementius exciperet; ea, monasterium Vadsteniense mox ingressa, vitâ paulo post excedit: princeps admodum laudata, quæque magnis animi dotibus excellebat. quarum nomine sicut vivam universi adamaverant, ita mortuam lugebant. Rex Ericus, pænitentiâ, ut videtur, post excessum succedente, cum exequias, illâ dignas celebrasset, plurima coenobio isti, & Calmariæ, largitur: ut solennia utroque, in memoriam ipsius, ac majorum, sacra fierent. Quibus rite constitutis, primæ ex urbibus Vandalicis Stralsundia, ac Rostochium, pacem cum Erico ineunt. quæ tentata & cum cæteris, cum Nicopiæ Falsterboæ, tum deinde Helsingburgi, verùm frustra. Nec multo post Broderus Sueno, è nobilitate Suecicâ, mari rem pro rege Erico bene gessit; Lube- censumque naves; Rigâ venientes, qua- tuor, pretiosis admodum onustas mercibus, magno animo aggressus, tres earum in potestatem suam redigit, quartâ vix in Travæ ostium evadente. Per id tempus & legati è Britanniâ ad Ericum advenere, ab Henrico, nominis istius sexto; ut antiquam inter regem utrumque pacem stabilirent: ac privatim tamen questi, quæ Norvagi damna Anglis intulissent. & respondit perbenigne rex Ericus; gratum sibi, tam amicè ab Henrico compellari: ac nil certè studio pacis, & vetustæ amicitiae, quam à matrimonio Philippæ uxoris sedulo continuasset, prius ducere. quod de dannis subditos suos accusarent, se Norvagiæ senatores, ad rem istam inquirendam, convocasse; & ex illis tres duntaxat accessisse: cæteros in mari ab Anglis interceptos, & in vinculis teneri. eos vero, qui venissent, cum Anglorum postulata accepissent, graviter vicissim questos; quod in insulis, ad Norvagiam pertinenteribus, ipsi etiam commercia, semper hactenus peregrinis interdicta, exercebant. idque eos, contra omne jus, & æquum, annos circiter viginti factitasse. nec id tantum, verùm & Norvagiæ portus in hostilem modum ingressos, eam ferro, atque flammâ, devastasse: naves quoque populos, in naucleros servisse. tum notatum speciatim; quænam damna, ubi loci, & qui dedissent. Inter ista, pacem Holsati desperantes, ut Flensburgo, oppido peropportuno, seu gerendum terrâ bellum, five mari, poterentur, nihil sibi non tentandum existimabant. neque antè quievere, quæ id ipsum, operâ ejecti civis, dum intersunt sacrissimæ omnes oppidani, introducti, quanquam arce aliquandiu repugnante, occuparent. Dum in modum hunc Holsati, & Vandalicæ civitates, cum Erico pertinaces bellum gerunt, ab Hollandis, aliisque, occidentem habitantibus, mare Balthicum paulatim magis frequentari cæptum est. quod Vandalici cum viderent, idque detrimentum sibi non exiguum sanè esse intelligerent, tandem pacem, hactenus contemptam toties, postulare sunt coacti. itaque, cum Horsem Augusto mense paciscuntur; per quod tempus de constituenda pace, in conventu, anno proximo Suineburgi sub initium mensis Maji indicendo, ageretur. ubi si negotium finiri haud posset, at inducie in quinquennium constitutum permanerent: ac

cccc commercia inter haec exercearentur, salvis partis
utriusque privilegiis. interim utrinque naves
revocarent: quæ si intrà undecimum Novem-
bris diem non redirent, & interea damnum ali-
quis ab his ipsis pateretur, id haberet. insuper,
indicias si quis infringerebat, intrà tempus Sueno-
burgi præfinitum, ejus, & si quis deinceps tale
quid ausurus esset, pœna constitueretur. pla-
cuitque, uti fædere eodem, qui in partibus fu-
issent, tenerentur. Cùm hæc ita gesta essent,
Nicolaus Crommedicius, eques, & sena-
tor regius, breviter, quæ antè acta, repe-
titis, de conventu, Suineburgi mox ha-
bendo, universis aurem vellens, nomine
Erici regis id indulget; si fortasse nec tum
convenire possent, uti denuò, principes, amicos
sibi quos putarent, adsciscentes, ad negotium re-
dirent. ac seorsim Lubecenses consules rex
percunctatur, an statuti pactis essent. quod
cùm illi affirmarent; atqui, inquit, multa
haec tenus ego, urbesque, pacti sumus, quæ quo
modo rata fuerint, nemo ignorare potest. tum
& denuò ab his petit; si non sedulo agi sci-
rent, indicarent: atque illis, juramento in-
terposito, id negantibus, gratiam majorem
ipsis si sincerè secum agant, pollicetur.
Ac, finito sic conventu, Callemburgum
Octobri proximo convenere regis An-
gliæ legati, Henrici vi, Robertus Schot-
brochus, eques, & Gulielmus Sprenius,
jureconsultus; qui cum iis, quos Ericus
delegaverat, controversias, inter regem
utrumque exortas, pertractarent. placuit-
que inter ipsos; ut injuria reparetur quâ supe-
riore anno affecti essent, Anduornus, episcopus
Stavangriensis, & Endretus item Erlandus, è
Norvagiæ senatoribus, Hafniam tunc ablegati,
& in viâ ab Anglis capti; utque inquireret rex
Henricus, è quo portu Angli illi, qui delique-
rant, discessissent: detque operam, uti contume-
liae causâ, quam perpepsi senatores isti essent,
ipsi planè satisficeret; quæque accepissent damna,
sarcirentur. tum ostenderet, se invito factum es-
se; neque quicquam regis amicitia habere prius.
quod commercia in prohibitis insulis exercuis-
sent, & Norvagiæ item portus infestassent, in
auctores itidem inquireretur; & inventi, ad ter-
rorrem aliorum punirentur. si qui ex commemo-
ratis insulis abducti essent, eos rex, in regno suo
ubicunque deprehensos, & reduci imperaret, &
mercede persolutâ, pro impensâ illic operâ, liberos
abire sineret. quod si Norvagi ab Anglis, aut à

Norvagiis item Angli, casi essent, daret rex uter-
que operam, ut heredibus occisorum satisficeret.
si ab Anglo prædam Norvagus abstulisset, ut
cum eo, cuius illud damnum esset, quam aqui-
simâ ratione ageretur, rex curaret, & Norva-
giæ senatus. denique, si detrimenti aliquid hæc
occasione rex Ericus accepisset, id benignè, datis
ad Henricum literis, indicaret. loca, quæ prohibi-
ta essent, nemo accederet, nisi tempestate actus;
nec commercia ibi ulla, dum moratur, exerceret:
si quis deprehensus foret, capite, & bonis, lueret.
porro amicitiam inviolatam utrinque fore; ne-
que armis quenquam aliquid contra alterum
tentaturum: sed auxilia tamen ferre postulanti
hæc pontifici, Cæsarique, aut Hungariæ, & Po-
loniæ, item regibus, ac Teutonico etiam ordini,
regi Erico integrum esset: idque Henrico cùm
pontifici, tum Hispaniæ, Lusitaniæque regibus,
facere permitteretur. In hæc se legati utrin-
que obstringebant: ita tamen, si uterque
regum ea rata vellet. Inde, sub initium
Maji, sicut anteà constitutum, Suinebur-
gum convenere episcopi, Othoniensis, Ar-
husiensis, Roschildiensis, Scarensis, Vexo-
viensis, Slevicensis, aliquique senatores:
tum Adolphus Slevicensis, & legati Lu-
becensium. verùm nec tum quicquam a-
ctum; Danis nempe ægrè admodum fe-
rentibus, quod Vandalicæ civitates suas
Holsato supprias, quibus arcem Flens-
burgensem expugnaret, submisissent. ne
res tamen desperata videretur, in sequen-
tis anni festum Pentecostes est dilata: ac
tunc omnes, animos interea ad pacem
magis paraturi, denuò reverterentur. quæ
dum fiunt, mittunt Stralsundienses ad
Ericum, postulantque, ex contractu, ante
hos tres annos initio, ut commercia in regnis
suis libera ipsis indulgeret: ac respondet, per
Ericum Crommedicum; non se pace potius
habere quicquam: verùm ipsis meminisse opor-
tere, se in Danos quadraginta gladio animad-
vertisse; quorum etiam tum propinqui, & ami-
ci, turbas certè objecturi, superessent. si qui ta-
men suo id periculo tentare vellent, se nequa-
quam prohibere. Inde motus apud Suecos,
in principio, ut in talibus ferè solet, satis
levis; sed neglectus, nec repressus tempe-
stive, mala graviora dedit. Dani illic, &
Germani, quos rex passim imposuerat,
potestate nimium superbè usi, jus, & æ-
quum, conculabant. inter omnes Iesso-

Asdalius, Vesterosiæ præfectus, excelle-
bat; & querelas, quæ ad regem deferren-
tur, contrariis ad ipsum literis eludebat.
quod indignum cùm putarent Dalecarli,
aliique, quidam ex his Engelbertus, animi
vir generosi, instituto in Daniam itinere,
compellare regem audet, & Iessonem in
majorem modum accusat. rex per literas
dat mandatum regni Sueciæ senatoribus,
ut, profecti in Dalecarliam, rem cognos-
cant, referantque: nec in præsens quic-
quam in Iessonem statuit. senatores, ut
mandatum regium exequerentur, abeunt
ad Dalecarlos, & inquirunt in querelas:
cognitasque, per eundem Engelbertum,
regi scribunt. ille acceptas literas trans-
fert, exhibetque; & Ericum, ut Iessonem
puniat, rogit: idque tantâ libertate, ut of-
fensus è Ericus, hominem faceſſere ju-
beret statim, nec redire in conspectum.
quo responſo irritatus Engelbertus, animi,
& oris, liber; *Ibo, inquit, at revertar aliquan-*
do. Cùm ad suos rediſſet, & indignè habi-
tum à rege ſe exposuſſet, Dalecarli, ani-
mo, & manu, prompti, potius honestè
mori, quam, mancipiorum in modum di-
vexatos, vitam peracerbam trahere, arbi-
trati, vires colligunt; &, ſub Engelberto
duce, Vesterfiā invadunt. ubi cùm ē
ſenatoribus primi quique ſe objicerent,
& ſedare motum vellent, ita tandem quie-
vere, ut Iessonī obſequium deinceps ullum
universi præſtituros ſe negarent. Postea
comitia regni celebrata Vortingburgi, ſic-
ut anno præcedenti constitutum, mense
Iunio, Iulioque. ac convenerant, præter
regni ſenatores, dux Christophorus Bava-
riæ, Bugillaus Pomeraniæ, & Bernimus
Stetinenſis; Bernardus Saxo, Henricus
Megapolitanus: tum episcopi, Hildeshei-
mensis, Razeburgensis, ac Verdensis. ſed
nec ullum is conuentus fructum habuit;
nec decretum quicquam fuit, niſi ut ne-
gotium remitteretur in mensis Iunii, anni
proximè inſequentis, diem quartum & vi-
cesimum: atque tunc, penitiū examina-
tum, ſemel tandem finiretur. Mense Au-
gusto rex Ericus Gulielmo Sancto-Clario,
ē nobilitate Scoticâ, Hafniæ Orcadum
comitatum titulo clientis confert, & ob-
ſequii fidem recipit. In Sueciâ, cùm arma
ſenatorum interventu, Dalecarli po-
ſuiffent, Ieffo eos, contumeliâ, ut cenze-
bat, irritatus, etiam vexare gravius, ac tri-
butum ſingillatim imperare. itaque rur-
sum arma rapiunt; ac, ſenatu denuò inter-
cedente, rurſum ponunt. ita tamen, uti
præfecturâ Ieffo illicò exueretur; quæque
peterent, juxta leges, potius quam per tu-
multum, impetrarent, neque mora; quam
tenebat arcem Ieffo, ac præfecturam, ac-
cipit comes Everſteinius. ſed, cùm neque
ſic Erici, quod ſperârant, mitiorem ani-
mum experirentur, arma tertium corri-
piunt; & mox arces, Bergenſſam, ac Co-
pinghusam, ſolo æquant: vix præfecto,
Ioanne Wallio, Stekeburgum evadente.
inde, tractis in ſocietatem armorum Ve-
ſtermannis, ſub ducore Engelberto, ar-
cem Vesterfiā petunt; cui Everſteinius
tum Melchiorem Godefridum imposue-
rat: eoque exacto, in Nicolai Guſtavi
manus illam Engelbertus tradit. tum &
ditionem iſtam universam adhortatur, uti
ſecum arma jungeret, & expelleret præ-
fectos, tam ſuperbè dominantes: ac tribu-
ta; quæ præfecti imperaffent, ut facilius
permoveret, de ſententiâ ſenatus, remit-
tenda pollicetur. Tenebat arcem Careff-
holmiam Ericus Puccius, generis, & ani-
mi clarus. ad hunc, Engelberus ſcribit; &
hortatur, ut ſe virum, ac Suecum, oſtendat:
& Nortlandos, inter quos auſtoritate eminebat,
ad libertatem, adeò indignè oppreſſam, armis
item vindicandam excitaret. iſque facilis, et-
jam Helsingiam in partes trahit; ac, Sax-
holmiâ ſolo æquatâ, Castelholmum quo-
que obſidet. Eam arcem foemina tenebat
nobilis, Ida Gladsaxia; ac tutelam Othoni
Povifcio, ē nobilitate Holsaticâ, commen-
daverat: fed is, lingua potius, quam ma-
nu, validus, vix tentatâ obſidione, illam
dedit. quæ cùm Puccius in Nortlandiâ
peregiffet, Engelberto ſe adjungit: &,
Gripſholmiam contendens, Hartvicum
Flugium, præfectum, ſolâ adventus ſui fa-
mâ ita terret, uti, properè convafatis re-
bus omnibus, ac navigio impositis, arcem
incenderet, & Stockholmum ſe recipereſt.
quò ſequutus cum exercitu universo En-
gelbertus, ac locatis in adverſo monte ca-
ſtris, eum obſidet: &, Ioanne Cropelino,
arcis præſide, evocato, de dedendâ urbe,
& arce, illum affatur. iſque, vir honesti
amans,

cccc amans, ac modestè præfecturâ semper u-
xxxiv. fus, temerè hoc à se fieri posse negat: &, instante Engelberto, tandem placuit, ut res in Novembris proximi diem undecimum differretur. Inde deserit Stocholmum, obsidetque Orebroum, quod tenebat Ketelburgius. atque is, deditioñem facere jussis, eam spondet, ni auxilia intrâ sex hebdomadas submitterentur. ac Ni- copie postquam copias admovisset, à præfecto, Alberto Styggæo, simile responsum refert. inde Ringstadholmum petens, à præfecto, Henrico Styggæo, non eodem modo exceptus, oppugnationem parat. quod dum facit, nuntiatur; quosdam regni senatores, sacri, & equestris, ordinis, ab Erico rege jussos, ad Vadstenium monasterium convenisse, ut tumultum hunc componerent. itaque, relictâ ad obsidionem persequendam parte copiarum maximâ, eò properè se confert, &, admissus in colloquium, animi decretum exponit: certum sibi, patriæ suæ libertatem, fædè adeò divexatam, forti manu vindicare. etenim à Magno usque sub tyrannis Sueciam ingemuissè; ac tributis gravioribus, quam aut leges, aut statuta regni vetera, permittebant, oneratam, vix jam item suspirare ultra posse. Quibus verbis Engelbertus cùm, ut patriam miserari tandem vellent, proceres exhortaretur, atque illi responderent, se à rege, cui fidem, & obsequium, sacramento obstrinxissent, hand de- corè abire posse; mox regerere: multa regem etiam cum juramento promisisse, nec servasse tamen quicquam: ideoque nec se ultra obligari. nam, quod dederant iusjurandum, regio inniti maximè; quo is sese ad administrandum re- gnum juxta leges, Sueciæque jura antiqua, ob- strinxisset. insuper, jurasse etiam, se munitio- nes regni, atque arces, nisi indigenis commissu- rum: quâ in re cùm fidem datam violarit, nec teneri illos suâ. At respondent senatores; fide homini honesto nihil prius arbitrandum; neque à rege, si delinquat, statim discedendum esse. quod si fiat, nullum imperium permane- rum. neque convenire populo, ut de regis actio- nibus suum is judicium putet, aut illius abrogan- di potestatem sibi sumat. nec staturam private- rum hominum societatem, si delictis aliorum ve- nia nunquam concedatur. quod si jure inter pa- res requiramus, multo magis regibus faciendum esse. quin omnino subditos componere se sic de-

ERICVS X.

bere, si consistere regnum velint, ut tyrannum aliquando unum saltem tolerare, dum evadere plures possint, animum inducant suum. si impe- rium evertant, aut recusent, mox confusionem fore; ac multorum dominatum, etiam deterio- rem. Engelbertus, cùm nil verbis promo- vere se videret, minas addit; &, quandoqui- dem libertatem patriæ desertum irent, se pro ho- stibus universos habiturum. quibus territi, & invadi metuentes, quanquam inviti, ac- quiescunt, & in partes ejus transeunt: si- mul ad Ericum scribunt; omnia se conatos esse, uti majestatem ejus apud Suecos tuerentur: sed impensam frustra operam. nunc, cùm patriæ libertati minimè deesse possint, ne eversam eam videant, ab obsequio discedere. Quibus actis, Engelbertus mox recedens, Ringstadholmum, anteà obsideri cœptum, ac post il- lud Stekeburgum, ad deditioñem cogit. Hinc, vocatis Sudercopiam Ostrogothis, Stegelholmum castra dicit. quod cùm acriter Lago Rudius, è familiâ inter Da- nos clarâ natus, tueretur, res protracta est in Novembrem. Suemlaburgum, Trulle- burgum, ac Pickisburgum, Hermannus Bermandus, cum Ostrogothorum manu, expugnavit, & injecto igne exussit. En- gelbertus, cum exercitus parte cæterâ, rursus Orebroum aggressus, præfecto ejus Ketelburgio exhibit argenti puri mille felibras, & in potestate accipit. inde Axelvaldam capit; & per literas Verme- landos ad tuendam patriæ suæ libertatem exhortatur. simul Petrum Vlphonem mit- tit, virum apud Suecos nobilem: ac per eum mox Edsholmum, Agnaholmum, & Daleburgum, suam in potestatem redigit, & incendit. ipse verò, Oppensteinio occu- pato ignem injicit. Orestenium, eo mini- mè exspectato, cùm relinquenter præfe- ctus, ipse exussit. Inde in Hallandiam du- cens, borealem Scaniæ tractum univer- sum occupavit: uti etiam Varebergam, Falckenburgum, & Halmstadium. quâ re excitati Scani, illicò parato exercitu, ad Langholnum castra ponunt. quibus cùm objiceret se Engelbertus, præliumque Al- bis amnis prohiberet, pace utrinque consti- tutâ, tandem in Sueciam regreditur. Mox indicta ad Vpsaliam comitia; & Ioannem Croplinum, qui Stocholmo præfidebat, rex obire suam illic vicem jubet. sed hic nihil

nihil actum video; quām quod acriter disceptatum, quando Engelbertus quidem arces passim solo æquaverat, aut ex usserat, utrum eæ regno magis expedirent, an nocerent: ac sententias dissedisse: his di centibus, regni illas contra ingruentem hostem certa munimenta esse, istis verò, subditorum judicium, afferentibus; in amore subditorum maximum principibus præsidium esse. Rex, cùm ea, quæ in Sueciâ gererentur, intelligeret, bellum parat, & Stockholmum cum instructâ classe tendit. verūm Deus, qui per vim vexatos diu vi reduci ad obsequium Suecos nollet, gravi immissâ tempe state, nave dissipat, perditque, & consilia regis turbat. qui, periculo vix ereptus, cùm Stockholmum pervenisset, ab exercitu Engelberti sine morâ obsidetur. ubi quosdam è proceribus convocatos per cunctanti, cur à fide, & juramento, recessissent; respondetur, minimè id factum esse. quæ fecissent, ideo fecisse tantum, quod antiqua regni iura, in quæ jusjurandum dederat, violari non ulterius pati possent; cupereque, uti ea illibata servarentur: se factorum rationem orbi adeò universo reddere paratos esse. Hinc induciæ in æstatem proximam sunt constitutæ; & , præsidio sexcentorum urbi imposito, rex in Daniam est regressus. Paulò pòst comitia Aboæ indicta; iisque Engelbertus princeps universæ Sueciæ renuntiatur. Scribere & ad senatum Cropelinus; esse sibi, quæ ex re ipsius putet, ne ignoret. quam ob causam cùm Sigtunæ dies illi dicta esset, cum Borussiæ magistro eò venit; & hoc unum in primis agit, ut negotium Erici placide componi possit. verum proceres, cùm injurias, quas perpessi diu essent, querentur; ac, paratos nihilominus se judicibus non inquis rem permittere, indicarent; accepta ab illis capita quædam, in quæ convenire vellent, ocyus ad regem defert. qui, cùm hæc senatui communica set, mox Halmstadium convenire trium proceres regnum omnies jubet. atque ibi congregatis circa diem Maji tertium, placuit, ut rex Ericus ad vicesimum nonum Iulii se reciperet Stockholmum; & , ad scitis senatoribus duodecim, quicquid controversum foret inter ipsum, subditosque, id componeret.

inter ista, conquiescerent; & , negotio peracto, cito CCC arces omnes, præfecturas, ac ditiones, denuò Eri co restituerent: tum & eum, sicuti fecissent dum, regem agnoscerent; redderentque, quæ ad regnum pertinerent. ac vicissim Suecis ipse jura sua, atque leges, indulgeret; sicut olim, juramen to interposito, promisisset. Engelbertus, quoad viv eret, veluti clientis titulo, Orebroum retine ret; sed ad regnum reducendum, postquam vitâ excessisset. eadē lege Ericus Puccius possideret ditionem Ratziensem. Atque rata ista fore, præfules regnum trium, proceresque item alii, suâ fide promiserunt. Hinc Stockholmum rex accedit, non vicefimo nono Iulii, sicut constitutum erat, sed Octobris decimoquarto: ubi senatores Sueci, quæ Halmstadii decreta, perfecere. ac Sueci quidem, in Portu Virginis, quem dicebant, congregati, in propinquum S. Spiritus, ubi rex commorabatur, monasterium per legatos, quæ proposita ipsi vellent, trans mittebant. inde & præsentes illum allo quuti: & complures, nomine totius populi, per libellum quiritati; dum à regno ipse abest, quique jus administrare tenerentur, forum, quod vocabant regium, multis annis, ut debebat, minimè celebratum esse. ideoque sae numerò coactos, magno sumptu, ac detrimento, judices, quos domi habere debuissent, foris querere. tum reversos, etiam negotiis non expeditis, à præfectis ditionis, pecuniâ, aut carcere, multatatos esse: nec senatum item regni, frustra sem per imploratum, illis multum prævalentibus, adjuvare potuisse. insuper, præfectis istis impunitandum quoque esse; desolatos passim pagos, & negotium monetæ, magno populi dispendio, extra limites translatum: permanente interim tributi onere, atque aucto; cùm aut tolli universum, aut imminui, debuisset. nam, cùm domi annum duntaxat pendere consuevissent, idque olim, nullâ unquam immutatione factâ, tenuisset, novum etiam, ad gerenda bella externâ, imperatum, & exactum. præfules, per fas, ac nefas, loco motos, summo diae seos Vpsaliensis detri mento. regni item ditiones, atque arces, contra datam olim fidem, ad indigenas opprimendos, exteris commissas esse. longo in Holsatos bello, & , quæ arma conjanxi ssent, civitates, populum exhaustum planè, opibus, ac consanguineis: quorum multi, diuturno carcere afflicti graviter, ad extremam paupertatem sint redacti. Quibus omnibus intellectis, rex Ericus, & senatus,

cicccccccc in hunc modum convenere; uti Suecia univerfa regem suum Ericum agnosceret, juxta datam, cum coronaretur, fidem. ac vicissim ille Suecis jura sua, privilegia, & immunitates quasvis, sartas teclias conservaret: sicut ipse, cum adiret principatum, se facturum, dato in id juramento, promisisset. arces regni, & ditiones, restitueret indigenis: qui secundum leges Suecicas prefecturam quisque suam exercearent. nisi quod ex arcibus exciperentur, Stocholmensis, Calmariensis, Nicopiensis: quas, cui vellet, commendare integrum foret. judices per territoria, satrapaque, de consensu senatorum, juxta leges ponerentur: tum oblivione quavis, ante acta, delerentur. Insuper duodecim lecti, e proceribus; qui minutiora alia, quae restabant, prout æquum videretur, judicarent. atque hi constituerunt; ut, quæ Sueci inter Suecos commisissent, iis rex, & senatores regni Sueciæ, aut supplicium decernerent, aut benignè veniam darent: pari pœna, gratiæque, potestate. quæ ablata per has turbas cuiquam forent, seu hereditaria ea, sive pignorata essent, vero domino redderentur: ut & regno, quæ ad illud pertinerent. in negotio Engelberti, Pucciique, quod Halmstadii placuisse, ratum porro haberetur. quod captivos attineret, ipsi, aut eorum nomine rex Ericus ageret cum Lubecensibus. onera agricolarum, ac tributa, ita rex, & regni Sueciæ senatores, temperarent, uti tolerari possent; & rex inde, ac regni status, nihil detrimenti caperent. de Gothlandiâ, documenta inspicerentur, ad negotium pertinentia; idque deinde à regnorum singulorum senatoribus, uti æquum existimat, censeretur: at Hallandia, regi statim, & regno Daniæ, redderetur. de infraestâ pridem pace in Hallandiâ, antequam Halmstadii convenirentur, rex, & Sueciæ Senatores, judicarent. quod ad præfectorum autem rationes, arciumque, ac ditionum, Sueciæ gubernatores, de his, ut Halmstadii decretum esset, ita foret. Olaus verò, archiepiscopus, aliisque, qui per literas ad externos principes, respublicasve, famam regis minuissent, quæ scripsissent, revocarent. Quibus hunc in modum actis, statim Ericus, ex sententiâ Suecorum, & præfectos, satrapaque, jus dicturos, ordinavit: ac vicissim regnum ipse universum in potestatem mox recepit, constitutâ omnium præteriorum oblitione. Verum tamen, ut, recuperatâ Sueciâ, meritò gavisus fuit, ita, temere insolescens, istius felicitatem tem-

poris corrupit planè, & evertit. nam, cum fidem, in comitiis, quæ jam dixi, renova tam, non servaret; & ut ferè reges solent, majestate suâ indignum maximè existimat, subditorum, in quas jurasset, legibus uti; ideoque præfecturas, quibus vellet, pro arbitrio demandaret; indignati iterum Sueci, decem ex proceribus Daniæ mox ablegant; qui orarent, uti memor promissorum esse vellet. ac, cum nec sic promoverent, ipsi, coram alloquentes, obtestantur; ut regnorum pacem publicam, per tot bella, atque cædes, nimis graviter concussam, porro ilibatam vellet. ad quæ ille gravi vultu respondere; se pendere ex ipsorum nutu nolle: &, quæ acta ab Engelberto pridem essent, ea ordine equestri instigante evenisse. Sic Ericus, post sancitam omnium præteriorum obli- vionem, suæ offendæ nimis memor, neque cogitans, quæ indigna Sueci à suis, se au- Etore, annos circiter triginta passi essent, studium vindictæ quoddam, in interiore animo occultatum, non obscurè ostende- bat. ac Stocholmo inde abiens, removet à præfecturâ Cropelinum; nullâ aliâ de causâ, quæ quod virum, animi moderati clarum, ideoque gratum Suecis, nimis quoque in hanc gentem propendere exi- stimaret: surrogatque Ericum illi Nicolaium, gente Danum; ac præsidium mili- tes quingentos addit. & in mari, quas præ- navigaret arces, littori partim adjacentes, obiter præsidia illarum mutans, Suecos, qui tenebant, ejicit: pagos quoque, & vi- cina loca alia, populatur, & exurit: varia- que passim damna multis infert. sed, ini- quitatem tantam non inultam finens Deus, mare mox ingressâ classe, partem maxi- mam, tempestate immissâ, perdit. tum & Sueci, tractum illum incolentes, illico ad Engelbertum se recipiunt; ac queruntur, quæ indigne habiti essent. At Ericus, hinc in Daniam reversus, apud animum suum reputans, vix post hæc obsequium à Suecis sibi exspectandum; tum & bellum cum Holsatis novem & viginti annis, no- vem item cum Vandalicis civitatibus, nul- lo prospero successu, gestum esse; nec se resistendo parem, si fortasse undique eo- dem tempore peteretur; pacem cum Hol- sato facit, eâ lege: ut is, quicquid eo tempore ex ducatu Slesvicensi possideret, tum & Fim- briam,

cccc biam, Frisiāque, etiam deinde haberet, quoad tempore factū foret, permisuros, ut imponere-
viveret. idem liberis, aut hæredibus, iuris esset, tur sibi novus princeps; nec passuros, legem re-
primo ab obitu biennio. quo clapsō, jus utrinque gni, ac fundatum, aut everti, aut labefieri;
in ducatum integrum utriusque foret. additæ con- & arbitrium eligendi in hæreditatem verti. et-
ditiones, de obsequio, & fide, quam Adolphus jam se existimare, nihil esse, quod de fide in
regi, ac regno, velut cliens, exhibere teneretur.
tum commercia ne deinceps turbarentur. ac, quod petebat, minimè concederetur, il-
quo pax constantior esset, placuit; ut con- lud rogat; an & sibi in administrando regno,
troversias, que incidere fortè possent, bini arbi- uti hactenus, adjutorem indulgere gravarentur?
tri componerent, ex utraque parte lecti. interim ad quod illi respondere: minimè id recusa-
urbs Haderstevia, Arxa insula, Vesterense terri- re, nisi ipse in spem regni beneficium id conver-
torum, Lysta, Silda, regno cederet. quod si ta- tat. atque addunt; se deinceps etiam patere ar-
men de his fortè conveniri deinde posset, & A- ces regni illi omnes velle. Paulo post, regno-
dolphus regno se obsequio ulteriore aliquo ob- rum omnium, ut putatur, depositionem
stringere vellet, aut hæredes item ejus, illud fa- agitans, in Borussiam, omnibus ignarisi, ab-
ciendum fore, quod quām commodissimè posset. it. ac sequuti quidam procerum, orant
Actum & cum Lubecensibus, Hambur- eum; ne sic regnum destitueret, aut dissidio ul-
gensibus, Luneburgensibus, & Vismarien- lam occasionem daret. potius reverteretur; ami-
sibus; qui, peccatum suum fassī, quod, à moque confirmato, ad conventum Aboensem,
foedere discedentes, spretā fide, juramen- quem non ita pridem Sueci indixissent, se con-
to obligatā, bellum regi intulissent, & of- ferret. Quamvis autem exiguum regno-
fensam summā cum demissione deprecati, rum curam præ se ferret, facto tamen fec-
gratiæ sunt restituti; atque jura, privile- dere cum Stetinenibus, ac collectā mili-
gia, & immunitates omnes, ac commer- tum in Pomeraniā manu quādam, mox re-
ciorum quoque libertatem, receperunt: vertitur; sed non sine magnā clade, duo-
gratiasque, pro insigni beneficio, regi ege- decim ad Hedensoam fractis navibus. ac
runt; se promptissimo id obsequio agnitu- confessim Bugislao arcē tradit, Neobur-
ros, promittentes. in damna verò, quæ gum, Hagenscoviam, & Hindsgavelam;
utrinque accepissent, aliquid quotannis Barnimo, Alholmum; Eversteinio, Tra-
penderent. sed in Daniam antequam re- nekieram; Vratislao, qui in Pomeraniā co-
verterentur, ad piscatum exercendum, actas copias adducebat, Ravensburgum.
per legatos, quicquid ibi etiam tum con- Inter hæc, comitorum cùm jam dies, de
troversum, disceptarent, ac compone- quo dixi, advenisset, Sueci Aboam perfre-
rent. Sub id tempus comitia Sueci, Aboæ quentes accessere. placuitque universis;
habenda, ad vicesimum diem mensis Ia- ut per literas regem juramenti sui, & officii,
nuarii imminentis, indixere. Nec multo admonerent: ac, si porro etiam neglectum iret;
post Ericus Daniæ senatores Vortingbur- se vicissim ab obsequio recessuros, indicarent.
gum convocare, & exponere; etate inva- Sub id tempus nuntiatum Suecis fuit, si-
lidum, ac regnandi, exactis annis quadraginta, mul hiems remisisset, iter capturum Stoc-
etiam saturum, cupere exonerari. itaque rogatos holmum regem Ericum, atque unā pa-
velle regni proceres, idem sibi in patruelē Bo- truelē Boguslaum, cui regnum tradere
guslaum nunc concederent, quod regina Mar- constituisset: jamque illum à præfecto ar-
garetæ olim in se permisissent. quippe eum, etate acce-
vegetum, animi præterea robur, par negotiis tot pisse. quæ dum ita agitantur, ac senatus
regnorum, ac prudentiam, ad tuendam principa- arcē regni Suecis eripi contra leges indi-
tus majestatem allaturum: fideique item hacte- gnatur, clam nonnulli oppidanī adhortari
nus specimen exhibuisse. Sed respondent se- Engelbertum, ut Stocholmum suā in
natores; id in votis sibi esse, ut incolmis din potestatem redigat: nisi faciat, planè me-
regnet: se, quām diu vitā istā frueretur, regem tuendum esse, ne nunc denuò patiantur,
alium non cupere. si exuere principatum tamen quod Alberto olim rege passi essent. ne-
velit, eligendi novi regis potestatem, atque cu- que à re alienus animus Engelberti erat;
ram, suam esse. neque, quod regina Margareta quin confessim ipse, & omnes, quot

civis cccc quot aderant Aboæ, regni Sueciæ senatores, properè collectâ manu, illicò Stocholmum petunt, ut præfecti in se animum explorarent, qui cùm portas venientibus occlusisset, illi, id indignum rati, nec feren- dum, pileo confessim erecto, consulem utrumque urbis evocatum percunctantur; quid in pace, velut hostes, arcerentur? cumque hi, præfectum sibi arcis esse aliquid, responderent; & introitum porrò ille pernegaret, ac ne senatoribus quidem, id seorsim postulantibus, indulgeret; ocyùs sublato pileo, consules detinuerunt præfectus evestigio portas urbis communire, militemque in propugnaculis collocare. verùm Sueci, quotquot urbem habitabant, minimè ferendum rati, senatores prohiberi, impetu in portas facto, vi recludunt. & ingressi regni proceres, posito in foro signo, omnes illud, qui rempublicam, patriæque libertatem, salvam vellent, sequi jubent. eo facto, oppidani, paucis admodum exceptis, se proceribus coniunxere. tum, ejectis, qui in portis, propugnaculisque urbis, excubabant, alias locant: ac, munitâ undique urbe, Engelbertus, & Carolus Canutus, regni equitum tribunus, ad præfectum Ericum mittunt; qui expostulent, quod, clausisse urbis portas senatoribus non contentus, displosis etiam tormentis insuper vim intentasset: cùm non alio tamen animo advenissent, quām ut ea, quæ ad pacem regni publicam confirmandam pertinerent, in commune consultarent. sed, ferocius eo ad hæc respondente, arx obfessa est, à tribuno equitum Carolo, & Erico item Puccio, quibus id negotii mandatum fuit. qui cum operam dividerent, & sinistrum arcis latus Carolus aggrederetur, Ericus Pucciust australē, jam turbatâ pace regni, de constituendo duce agitatum est. cumque Carolus plurimis suffragiis eligeretur, maximè nobilitatis, præsumumque, & agricola Engelbertum anteferrent, ita demum convenere, ut communi uteque curâ, regni res administrarent; Carolusque, qui Stocholmi tunc agebat, porrò arcem obfideret; Engelbertus, regno cætero Dani- cos præfectos pelleret: quasque possident arces, expugnaret, Sueciæque restitueret. isque mox, in munus demandatum

incumbens, castra admovet Nicopiæ, St. keburgo, & Calmariæ. cùm interea Brims. cùm Blekingiam subegisset, ac præfectum Nicolaum Langium constituisse, ad Laholmum obsidendum se convertit. cui rei cùm Boëtio, ac Brodero, copias sufficienes tradidisset, Scaniam impugnare statuit. sed repulsus, occurrente Petro Oxio, & induciis constitutis, mox Laholmum, antè obsideri cœptum, uti dixi, & Halmstadium, Elsburgumque, ad ditionem cogit. tum Varbergam, atque Axelvaldam, obsidet. moxque à Magno Benedicto, ordinis equestris viro, à quo graviter dissidebat, cùm, curandæ valetudinis suæ causâ, Orebroi moraretur, ac Stocholmum se recipere jussus esset, in Goxholmiensi arce nocte intempestâ occiditur. quo è medio sublato, omnibus consentientibus, principatus in tribunum Carolum translatus fuit. isque, opibus, atque clientelis, potens, ut plenissimè reliquis omnibus prævaleret, arces sibi, item distinctiones quasque, meliores reservavit. quâre cùm invidiam equestris ordinis, maximeque Erici Puccii, rebus multis anteà cum Engelberto gestis clari, concitasset, mox dissidium est exortum. Inter quæ, Calmariam convenire placuit. quod cùm etiam rex Ericus accessisset, decrevere senatores; ut, servatâ arcium sibi præfecturâ, regnum illi restituerent. cætera comitiis reservantur, Sudercopiæ habendis, ad Septembris imminentis diem nonum & vicecum: quibus rex interfuturum se promisit. Hinc protectus in Gothlandiam, cùm, conventus temporis jam ingruente, Sudercopiam rediret, magnâ obortâ tempestate, ac disiectâ misere classe, perditâque, in periculo præsentissimo constitutus, & ad Carelsoam expositus, vix naufragium evasit. pauci quidam, qui in sinum Sudercopiæ forte appulerant, an rex etiam superesset, ignorabant. itaque, cùm mox equester ordo Sueciæ, ac Canutus, Sudercopiam, ut Calmariæ pridem constitutum fuerat, ad Octobris diem quintum convenissent, de extinto eâ tempestate rege acceperunt; placuit tamen, ut decreta jam comitia nihil tueret. isque mox, in munus demandatum minus haberentur; eâ lege, ut Canutus, atque item

cxxx item regni satrapa, regi Erico, sive vivo, sive latim inviseret; &, adscitis è senatu uniuscavus cito CCCD
 mortuo, juramento se obstringerent. quod cùm que regni senatoribus duobus, per bimestre, aut xxxvi.
 illi præstitissent, cæteri obsequium ipsis, trimestre, illic ageret; ac querelas subditorum
 regis nomine, juravere. Mox Canutus à judicaret. si quæ bella imminerent, & regnorum
 præfectis arcis, quas tenebant, repetit; ac aliquod externus hostis incursaret, omnia, unius
 negantibus, comminatur, nisi facerent, instar, vires jungerent; & injuriam, quasi om-
 non se inde discessuros. itaque cùm rece- nium, unâ operâ propulsarent. in electione regis,
 pisset Stekeburgum, Stocholmum, Axel- illud semper servaretur, ut, præter cujusque re-
 valdam, Elseburgum, Vesterosiam, & A- gni archiepiscopos, & episcopos item duos, satra-
 boam; Stekeburgo affinem præficit, Nico- pæ, ac tribuni equitum, cæterique etiam proce-
 latum Stenonem; Aboæ, Ioannem Crope- res, centum & viginti numero, convenirent;
 linum; exacto prius juramento, se Sueco- ac, si filius regi foret, & id sine detimento fieri
 rum in fide fore: cæteras arcis, dividit posse proceres existimarent, is omnino regno
 nobilitati; eâ lege, uti sibi, satrapæque, ac, proximus censeretur. quod si autem plures fo-
 defuncto fortè utroque, senatoribus ser- rent, libera electio esset, nec ætatis ulla ratio ha-
 varentur. Post quæ Puccius, nimiam po- beretur. ac, si planè nulli essent, è legitimo ma-
 tentiam Canuti haud ferens, armis sum- trimonio, centum ac viginti viri, quos jam dixi,
 ptis, objicit se, verùm frustra. nam supe- legerent, quem demum vellent, peregrinum, aut
 rior Canutus, quos armaverat agricolas, indigenam. si indigenam tamen cuperent, ad dis-
 mox reducit ad obsequium; &, quibusdam sidium prohibendum, tres acciperentur schedæ,
 in terrorem igne exustis, alias tributo pre- magnitudine æquales; & in harum unaquaque
 mit: ipse Ericus, renovato mox tumultu, nomen regni unius prescriberetur: tum annicu-
 prælioque, ac jam victor, dum se fidei ini- lo infanti, fraudis per ætatem ignaro, eæ omnes
 mici imprudentius committit, circumven- traderentur. isque quam è tribus istis extulisset,
 tus, capite luit. Hinc comitia iterum Cal- cuius regni in hac nomen scriptum esset, inde
 mariaæ habita; ac perpetuo tria regna fœ- rex eligeretur. si nec ita res procederet, tum ex
 dere inter se unita: paxque, olim, cùm eo senatorum centum & viginti numero quatuor
 Ericus principatum ordiretur, constituta, è quoque regno, bini præfules, totidemque è pro-
 renovata est: & capitibus quoque novis, ceribus, ut duodecim omnes essent, dignitate,
 ad utilitatem Sueciæ pertinentibus, con- opibus, prudentiaque excellentes, legerentur;
 firmata. nam, quod Sueci bellum gererent, non hique in unam aliquam domum, dato prius jura-
 id in Ericum regem, aut regnorum unionem, mento, convenirent; nec discederent, nisi cuncti
 inchoatum, sed ad libertatem suam defenden- in eundem consensissent: quemque ita statuis-
 tam, inquietabant. tum & legem vindicari, sent, eum sibi universi sine contradictione regem
 quæ committi præfecturas peregrinis, cùm indi- acciperent. Ericus vero, cùm in Daniam, cito CCCD
 genis deberentur, non permitteret. capita, quæ post amissam tempestate, uti dixi, classem
 addebantur, jus regorum singulorum, & suam, rediisset, hiememque in quiete exé-
 consuetudines, concernebant; placuitque, gisset, vere proximo denud Gothlandiam
 ne quis regum leges novas ipse conderet, neu petit; veluti propinquior futurus Sueciæ,
 condendi potestatem aliis daret, nisi indigenæ ac facilius eam illic ad societatem regni
 universi consentirent. etiam de satrapæ cujus- reducturus. ac, quantumvis ad cogendos
 que regni munere, ac potestate, est statu- eos vires non suppeterent, tamen multi ex-
 tum; eum à rege proximum esse, ac judiciis qui- istius regni indigenis studium in ipsum
 busunque, ubi cunq; interesset; & judicibus uni- suum retinebant. ac discedens, regni opes,
 versis anteponi: tum absente quoque rege, maje- & thesaurum universum, à majoribus ma-
 statem regiam representare. hujus vero tanquam gnâ curâ conquisitum, secum avexit. Vbi
 adjutorem esse, regni equitum tribunum; ope- innotuisse passim, regem vivere, Sueciæ
 ramque illi dandam, regis nomine, ne quid leges proceres mense Martio convenere; ut,
 negligantur. aulæ magistri, & cancellarii, tales quo modo tuerentur, quæ comitiis Suder-
 constituerentur, qui ingenia regnorum, atque vi- copiensibus, absente eo, statuissent, in
 res, quæque alia ad hæc ipsa pertinerent, bene commone consultarent: placuitque, quæ
 explorata haberent. rex quotannis regna singu- tunc acta, rata haberi; maximè cùm jam
 ERICVS x.

ciccc Calmariæ decrevissent, uti arces, ac munitiones regni universæ, in Suecorum potestatem traderentur. verùm tamen, ut præsente rege hæc repeterentur, iterum Calmariæ comitia indicta, ad vicesimum quartum diem mensis Iunii celebranda. ad quæ cùm rex convenire noluisset, mittunt ad senatum Daniæ archiepiscopum, satrapamque, & episcopum Aboensem, ac Ioannem Cropelinum; id sperantes, ut in Sueciam regem non invitum adducerent: isque tandem, quæ jam toties promisisset, etiam servare vellet. sed, cùm illic advenissent, alienos & Danorum animos experiuntur; ac querentes item eos, quod obtrudere Boguslaum Pomeranum, patrualem, regno vellet: insuper jam cogitasse, nisi dissidenter Sueci, de Christophoro, Bavariæ duce, ejus ex forore nepote, ad suscipiendum regnum, iterum desertum ab ipso, evocando. quæ cùm læti accepissent, domum suam recessere.

ciccc Post hæc insulam Rugiam, Ericus patrue libus suis, Boguslais, Pomeraniæ ducibus, tradit. Hinc comitia Vortingburgi celebrata. quò legati regii cùm advenissent, Ioannes Laxmannus, archiepiscopus Lundiensis, in frequenti procerum cœtu, omnium nomine, post assertam luculentâ oratione regni Danici libertatem, & jus eligendi regis, quod proceribus competenteret, in majorem modum rogat; ne Ericus hanc erexit regno, atque illis, eat: neve Boguslaum obtrudere, aut ad eum confirmandum, regni arces, milite externo imposito, in potestate retinere, porrò velit. ac legati, postquam regis nomine polliciti essent, ante Iulium adultum cuncta restitutum iri, quanquam factum id non fuerit, recessere. Post hæc motus est exortus, maxime que in Vendysfelâ: & in dominos passim populus insurgebat. pars, negare sacro ordini, quam debebat, pensionem; dum decretum synodi Basileensis, quæ tum ab Eugenio pontifice indicta erat, & peccata quoque ejus correctura dicebatur, intelligeret; alii, imperium nobilitatis, nimis grave, incusare: neque sibi minus causæ ad seditionem esse, quam aut Norvagis, aut Suecis. Rex Ericus, ut sedaret concitatam multitudinem, monuisse se auctores, persuadere senatoribus cupie-

bat: quanquam sanè etiam magis incitas se crederetur. atque eo est deuentum, ut plures è nobilibus, utriusque in primis Cimbriæ, Holsatorum in tumultuantes opem advocare cogerentur: adeoque Haderslevia, Cimbriæ australis oppidum, non ignobile, insulaque item Arra, in Adolphi, Holsatiæ ducis, potestatem mox concederent. Apud Suecos, equitum tribunus Carolus, quas injurias ipse, ac prefecti sui, passi essent, vindicare secum statuit. ac jam pridem facere illud constituerat; sed obstiterat regni satrapa, Christianus Nicolaus, atque dehortatus fuerat, itaque seorsim hunc consilia habere sua, ac moliri aliud quiddam, suspicatus, postquam Dalecarlos jam, & Vermelandos, ex sententiâ castigasset, hunc aggressus ex infidiis, opprimi in lecto jubet, & abduci, sicut erat sine vestibus, Orebroum: atque ibi compellatum, ecquid arces, quas tenebat, tradere vellet, percunctatur. cumque is, correptus metu, non duntaxat arces omnes, sed obsequium quoque suum, in quacunque re, promitteret; ac Nicopiam mox ab eo accepisset, instauratâ amicitia, Viburgum, ac Finlandiæ partem, uti anteâ tenuerat, porrò etiam relinquit: & prætereà Ringstadholmi præfecturam filio illius donat. Inter ista Nicolaus quoque Steno, sororius ejus, satrapæque, quem jam dixi, consobrinus, variè ab ipso monitus, uti mitiùs Ostrogothiæ, atque arcis Stekeburgi, quam tenebat, præfecturam exerceret, cùm omnino non desisteret, ideoque obsideretur, astu elapsus, in Gothlandiam ad Ericum regem transiit. isque exceptum perbenignè, veluti remoto Carolo, equitum tribunum creat. cumque Caroli frater Tucho Elseburgum cum præsidio obtineret, Norvagos item obsidere illud jubet. qui cùm id conati essent, mox à Suecis repelluntur. Dum hæc fiunt, Nicolaus, milite à rege accepto, Ostrogothiam invadit, & crudeliter populatur. verùm Carolus, postquam copias objecisset, eum sternit, & Nicopiam captum abducit: ubi, seu mœrore animi, sive morte procuratâ, triduo post vitâ excedit. de præfectis, ac familiaribus ejus, capitis supplicium sumptum est. Po stea & Broderus Sueno, qui cum Engelberto

berto multa, ac præclara, vindicandæ pa-
 triæ libertati, gesserat, cùm expostularet
 acrius, de collatis non ex merito cuius-
 ceu rebellionis auctor, comprehenditur;
 ac, supplicio festinato, die postero, gladio
 percussus, tollitur. In hunc modum post-
 quam regnum universum Carolus in po-
 testate suâ haberet, nihil non conatus fuit,
 ut Ericus, regnis suis restitutus, dignum
 illis se præstaret; ac deinceps juramenti,
 toties jam renovati, rationem habere vel-
 let. quam in rem comitia cùm plurima in-
 dicta essent, tum legati varii adlaboraf-
 sent, isque obniteretur semper, nec ob-
 stringi ullo sese juramento, rege id indi-
 gnatum ratus, pateretur; congregati Mora-
 stenii senatores, decrevere, *nisi intrâ pro-*
ximum trimestre adesset, redderetque rationem,
non deinde eum sese regem habituros esse: ac
 decretum statim ad ipsum transmisere.
 sed Olaus, archiepiscopus, aliique è sena-
 tu, cùm viderent impotentius equitum tri-
 buni imperium, qui per cædes ad perni-
 ciem plurimorum grassaretur; ac dissidiis
 domi Sueciam, foris bello contra regem,
 peritoram, ut ruinam patriæ suæ prohibe-
 rent, operam omnino dabant, uti rex re-
 duceretur; &c, quod anteâ dedisset, jusju-
 randum sine dolo præstiturum se promit-
 teret. atque id tandem effecere, ut Cal-
 mariam paulo post regnorum trium sena-
 tores convenirent. moxque Olaus, cùm,
 Vpsaliâ discedens, eò proficeretur, ac
 Nicopiam pervenisset, à præfecto, infuso
 in amygdalinum lac veneno, interimitur.
 itaque comitia, illius morte, fructum nul-
 lum habuere. Qui è Daniâ regis nomine
 eò venerant, saltem tres Erico arces, quas
 mandaret pro arbitrio, quibus vellet, in-
 dulgeri postulabant. verùm equitum tri-
 bunus nihil aliud concedere, præter libe-
 ram redeundi potestatem, & introitum in
 arces, quando, quotiesque, vellet; dum
 earum præfectura penes Suecos perma-
 neret. Inter hæc, cùm in Gothlandiâ rex
 hæreret, neque Daniæ ullam ultra curam
 habere videretur, regni Daniæ senatores
 Christophoro, Bavariæ duci, ejus ex so-
 riore nepoti, datis literis Corsoræ, ad vice-
 simum octavum Octobris diem, regnum
 offerunt. Post hæc rex, cùm Stekebur-

gum trajecisset, mittit ad tribunum equi-
 tum, qui adventum nuntiaret; & habere,
 quæ cùm eo de re publicâ cuperet com-
 municata: itaque rogare enixè, ut venire
 spectandum, dum senatus, ad negotia,
 quæ ad omnes pertinerent, universus con-
 veniret, aliquantis per etiam post hæc Ste-
 keburgi commoratus, in Gothlandiam re-
 cessit. Dani verò, cùm Christophorum è
 Bavariâ advocasset, mox, Novembri
 ineunte, ad Ericum episcopum Viburgen-
 sem ablegant, nuntiantque; *regni res præ-*
sentiam ejus postulare: itaque oratum cupere,
ut accurrat quam citissime. nisi faciat, alia con-
silia sibi, cùm non ultra connivere ad ruinam
patriæ labantis possint, deinceps capienda fore.
 Ac, cùm emaneret tamen, mox Lubecæ
 congregati, datis literis, ad vicesimum-
 quartum diem mensis Iunii, fidem Erico,
 & obsequium, renuntiant. addunt causas;
 quod extraneis, & in primis Bugislao patrueli,
 arces regni tradidisset; quo facilitius, cui obnixi
 semper essent, regno ipse aliquando potiretur.
 item, quæ regnorum trium senatores in Calma-
 riensis comitiis constituisserunt, rata habere no-
 luisset: ac thesaurum quoque regni, quem prio-
 res ipso reges magno studio collegissent, abdu-
 xisset. tum, quæ in comitiis supremis Daniæ,
 Vortingburgi celebratis, promisisset, de recipien-
 dâ Sueciâ, & è Daniâ ablegandis peregrinis,
 omnibusque regni rebus in antiquum statum
 suum reducendis, non servasset; ac se in Gothlan-
 diam, ignaris ipsis, contulisset: unde mox, se-
 ditione toto regno concitatâ, Haderlevia, &
 Arra insula, cum ingenti regni Daniæ detri-
 mento, in Adolphi, Holsatiæ ducis, potestatem
 concessissent. denique, superiore anno in regnum
 revocatus, ut ruenti subveniret, & redire nolu-
 isset, & discrimin rei publicæ præsentissimum
 planè insuper habuisset. Ad has literas Ste-
 keburgo rex rescripsit, ad vicesimum
 quintum diem mensis Iulii in sequentis;
 nil se tale exspectasse, neque ipsos coram unquam
 rerum earum incusasse. exprobratque; quod,
 se planè inconsulto, & ignaro, in suum regnum
 advocaverint Christophorum, sororis filium: &
 auctores ei fuerint, ut per literas regno abstinere
 juberet. se non ita aut de ipsis, aut de illo, me-
 ruisse; neque item convenire: capere que testem
 Deum, justi, & injusti, arbitrum. & nec homi-
 num judicia, quibus aqui cura esset, declinare.

cccc ac paratum coram regni senatoribus, populoque, appellari posse. ipsi leges, atque arces, summo cccc
non obnoxio, tum principibus, ac dynastis, urbi- omnium consensu, traditas esse, multo ante quam
busque, ac spectatis viris aliis quibuscunque, lo- Christophorum quisquam natum audivisset;
eo & tempore opportuno, ad objecta respondere: neque eum unquam tamen abs se regem saluta-
ac concedere illi, ipsisque, quicquid jus, & ae- tum.

quum, foret. itaque per fidem illos, quam dedi-
sent, obtestari, ut consilia nepoti rectiora post-
hac suggerant; atque ipsi, quid capissent, secum
reputent: neque regnum, quod secundum leges
eant. Hinc seorsim, eodem die, ad Scanos
scribit, & Fionios; literasque senatorum,
quibus ab obsequio discedere se testaren-
tur, illis mittens, percunctatur; an & ipsi
consentirent: se hoc quidem, uti causam non
praeuerit, ita nec sperare posse. itaque rogatos
cupere, id deinceps apud proceres efficerent, ut
consilia meliora amplectantur: neque sinant,
datum sibi à Deo regnum adeò injustè eripi.

Hinc, reversus in Gothlandiam, literas
dat ad Christophorum, decimoquarto
proximi Septembris die; se ad literas sena-
tumvis alium se in avunculum prebuisset, quam non dubitassent. inter hos Barnimum ducem,
jus fasque postularet, se in ipsum animum eun-
dem tamen, quem tam dudum habuisset, serva-
turum: nec suadere desitum, quod decorum
ipse quoque aliquando patiatur. se tot annos in
negotia regni cuncta sedulo incubuisse: ac jam
scriptis die eodem literis, porrò hortatur;
ut juvare causam suam contra regni senatores
essent, tam indigne se habendum.

Quod in jura privilegiaque regni, in que se-
met juramento obstrinxisset, delinquisse dicere-
tur, id non actum isthac modo oportuisse: neque,
quando nunquam ante quicquam coram questi-

omnium consensu, traditas esse, multo ante quam
Christophorum quisquam natum audivisset;
eo & tempore opportuno, ad objecta respondere: neque eum unquam tamen abs se regem saluta-
ac concedere illi, ipsisque, quicquid jus, & ae- tum.

Iam quod regna, ad id tempus conjunctissi-
ma, seperata querebantur; non à se id factum es-
se, qui nil prius habuisset, quam eorum unionem
conservare. sed ex iis, quæ Stocholmi, alibique,
in comitiis acta essent, contra demonstrari posse:
& in culpâ potius esse inquieta Danorum inge-
nia, neque Suecis toleranda.

Neque suâ item culpâ Haderleviam, Arram-
que, in Adolphi, Holsatiae ducis, potestatem
transisse: sed utramque, uti Sueciam, & Nor-
vagiam, tum austrialem quoque Cimbriam, ipso
potius, quam amici, forent, commississe: nisi pe-
rigrinos sibi, atque hostes, eos appellandos duce-
rent, qui, præclari semper operæ, vitam pro sa-
lute ejus toties periculis ingentibus exponere
respondebant, & exemplum item mittere. ac, quan-
dumvis alium se in avunculum prebuisset, quam non dubitassent. inter hos Barnimum ducem,
bello contra Vandalorum civitates, ita valetudi-
dinem imminuisse, ut restituenda ejus nullau-
turum: nec suadere desitum, quod decorum
à Daniæ proceribus, quod jam sibi factum esset, animum esse, aut fuisse. arces vero, ac munitiones
ipse quoque aliquando patiatur. se tot annos in
regni, de sententiâ senatorum, inter quos
negotia regni cuncta sedulo incubuisse: ac jam
scriptis die eodem literis, porrò hortatur;
ut juvare causam suam contra regni senatores
essent, tam indigne se habendum.

Septem quoque regni arces, quæ præcipue fe-
rè essent, minimè se peregrinis, quique hostes
potius, quam amici, forent, commississe: nisi pe-
rigrinos sibi, atque hostes, eos appellandos duce-
rent, qui, præclari semper operæ, vitam pro sa-
lute ejus toties periculis ingentibus exponere
respondebant, & exemplum item mittere. ac, quan-
dumvis alium se in avunculum prebuisset, quam non dubitassent. inter hos Barnimum ducem,
bello contra Vandalorum civitates, ita valetudi-
dinem imminuisse, ut restituenda ejus nullau-
turum: nec suadere desitum, quod decorum
à Daniæ proceribus, quod jam sibi factum esset, animum esse, aut fuisse. arces vero, ac munitiones
ipse quoque aliquando patiatur. se tot annos in
regni, de sententiâ senatorum, inter quos
negotia regni cuncta sedulo incubuisse: ac jam
scriptis die eodem literis, porrò hortatur;
ut juvare causam suam contra regni senatores
essent, tam indigne se habendum.

Nec Calmariae decreta exequi nunc recusare,
neque abnuisse unquam. quin se etiam Steke-
burgi, in Suecorum ditione, nunc versari: ac
paratum quidvis agere, & admittere, quod ho-
nestè modo possit.

Nec munitiones regni, atque arces, peregrinis
credidisse; neque ipsos ignorare, patruellem sibi
Bugislaum esse: ideoque peregrinum minimè unquam detrimenti ordinem sacram, aut eque-

Motus, quorum incusarent, neque à se con-
citatos, neque quenquam probaturum, aliquid
unquam detrimenti ordinem sacram, aut eque-
stre,

CID CCC
XXXIX.

pradixissent. quin testatum apud universos vel
le, non affectum alium se erga regnum, incolas
que, habuisse, nec fecisse quicquam secus, quam
honestas postularet.

cocc strem, populumve, se auctore, accepisse.
Quod thesaurum item regni abduxisse quere-
rentur, id sciendum ipsis esse; se, ingressum pu-
bertatem, regni res administrare incepisse; ac
jam annos, à contracto matrimonio, circiter tri-
ginta esse: nec mirandum, si interea multa ipse
sibi fieri curasset: tum Philippam quoque con-
jugem plura secum attulisse. itaque ab iis petere,
uti mitterent, qui regina mundum nossent, E-
ricum Nicolaum, Ioannem Grenum, & Ioannem
Cropelinum: atque illi si quid regni invenirent,
id paratum, si ex aquo, & honesto, ipsi agant,
restituere. contra vero, si nil ipsi, nisi suum, aut
uxoris, deprehenderent, maxima temeritatis eos
manifestos esse, qui tam fædum innocentis cri-
men palam intentassent. de redditibus porro re-
gni, tabulas ararii examinarent; & ex illis cer-
tum fore, quid, quo modo, in quem usum, ero-
gaverit: tum, de se plus expendisse, in regni bo-
num, quam acceperit. ea propter & sperare,
quando aliis arces regni, & ditiones, nunc per-
mittant, neque, quod alterius sit, quicquam cu-
piant, se pro regno toleratos tot labores, operam-
que tot annorum, summâ fide impensam hacte-
nus, respecturos: nec passuros, cum expensi ra-
tiones antecellant, ut privatum ex re publicâ de-
trimentum ipse capiat. satis exploratum habere,
qui tam magnum odium in se conceperint, planè
nihil curaturos, unde vitam, regno ejectus, dein-
ceps tolerare possit; neque pensi habituros, si ro-
gare ostiati stipem debeat: id non ignorare
tamen eos velle, si quid habeat, Dei, & ipsorum,
esse: ac paratum, illud ipsum inter eos, liberos-
que item eorum, quam diu quidem aliquid sit
habiturus, distribuere: idque tam libenti animo,
atque antehac fecisset.

^{xli.} Quod ob ista, aliaque, fidem, & obsequium,
renuntiarent, id se neque expectasse, nec admit-
tere. siquidem amicè ab ipsis, atque sicut æ-
quum erat, discessisset, ob negotia magna regni,
ipsorumque. quin, si alibi deliquerisse se putarent,
non hunc rectum accusandi modum esse. nec se
tamen id mirari; quando eos neque Deum reve-
reri, neque homines animadvertisse: & jam sibi
ipsi faciant, quod qui antecesserint reges à ma-
joribus eorum passos esse, ex historiâ didicisset.
quod se de constituendo rege alio agitare indi-
carent, neque nomen tamen adderent, facile,
quem designarent, se conjicere; scilicet Christo-
phorum, Bavariae ducem, qui sororis filium se
esse dicat; ac per literas moneat, quæ non debe-
ret: cum nil antè per legatos, literasve, obnun-
tiasset: neque literæ ipsorum, aut illius, priùs
sibi allatae fuerint, quam in regnum acceptus
esset: idque etiam sine voluntate suâ, aut con-
sensu. cum is tamen sanctè sibi aliquando pro-
mississet; nil se unquam in avunculum tentatu-
rum, nec in Daniam accessurum, nisi illo advo-
cante. quam ob causam minimè se dubitare, quin,
ab ipsis incitatus, animum hic ad audendum
tantum facinus obfirmaverit: nec meminerit,
quibus olim beneficiis matrem, ipsumque, ob-
strinxisset; & oblitus fidei fuerit, quam san-
ctissimè obligasset. Post hæc, aliaque, ad-
dit, petere se, ut coram principibus, & equestri
item ordine, urbibusque, neutri partium ob-
noxiiis, causam agere suam finant: ac, si neque
hoc permittant, se querelam primum ad Deum,
hinc pontificem, Cæsarem, reges, principesque;
& dynastas, equites, nobiles, ac republicas toto
orbe Christiano universas, delaturum: eâ spe,
non neminem se inventurum, qui ab ipsis id
duntaxat impetraret, uti sibi, quod jus atque
equum foret, largirentur. Ac seorsim inde
adjicit; postquam ista perscripsisset, sibi nun-
ciatum esse, alia Lubeca ipsos criminatiois ca-
pita, quam quæ ad se transmisissent; ad templo-
rum passim valvas affixisse. quam agendi ra-
tionem qui probaret, virum bonum, & hone-
stum, neminem inventum iri existimaret: in-
super omnino sibi persuaderet, hæc, & ista, quæ
jam antè retulisset, improbè afficta sibi, unicui-
que facile perspectum iri. nec promiscue se tamen
evenirent, ita quidam eventuras pridem etiam

Danos omnes accusare; sed duntaxat, qui hæc in
M m

cccc se commisissent : ceteros oratos cupere , uti ini-
 micos suos ab incepto jam facinore dehortentur ,
 & injuriam prohibeant : nec permittant , ut le-
 gitimè relictam sibi à matre hereditatem , quam
 tot annos possedisset , se invito , alius præter fas
 invadat . Iftis autem ille literis nihil aliud
 effecit , quām ut rustici , & clientes , conci-
 tati , arma in heros suos caperent ; & tri-
 buta , quæ debebant , recusarent . ipse , ex-
 actis in Gothlandiā annis decem , hominis
 privati sorte , Suecis pariter ac vicinis di-
 vexatis , post excessum Margaretæ variam
 fortunam expertus , gravi cum Holsatis
 bello novem ac viginti annorum , novem
 etiam cum Vandalicis civitatibus , con-
 flictatus , neque ferè unquam felix , & ex-
 cussus quoque tandem tribus regnis , reges
 alios docuit exemplo suo , nihil certi in
 fortunā , quamvis maximā , reperiri ; neque
 ullam in fastigio qualicunque fidem esse :
 tum & levi sēpē motu maximorum prin-
 cipatum fundamenta planè everti . Ita
 ille , cùm obtrudere senatoribus Bogu-
 flaum patruelēm contra leges regni vel-
 let , eo excidit : atque ipsi , ut justitiam
 causæ suæ exteris , indigenisque , appro-
 barent , variè item accusarunt . Ac pro-
 fectò minus rectè contra leges , atque jus-
 jurandum suum , nitebatur ; dum conatur
 Bugislaum successorem constituere , Sue-
 ciæque imponit Danos , Daniæ Germanos
 suos ; nec eorum avaritiam , aut libidinem
 coërcet : & sunt hæc omnino gravia ; sed ,
 ad exuendum tamen eum regno an suffi-
 ciant , judicabunt , qui momenta quæque
 rerum suo pretio æstimate didicerunt , nec
 affectibus tenentur . etenim , quæ alia ob-
 jiciebant , & refellit ipse satis , & invalida ,
 apud æquos rerum arbitros , censemebuntur :
 cùm , ad reges folio dejiciendos , justum
 pondus omnia habere debeant . Verūm ,
 sicuti in regna , quorum leges violaverat ,
 admodum deliquit graviter , ita in se im-
 prudentiā ; dum excedit sponte suā , atque
 illa , seque adeò ipsum , deserit : minimè
 ejiciendus , aut omnino difficulter , si man-
 sisset . sed volebat vindicare culpam Deus ;
 & eripere potestatem , quā indignè usus
 erat . ac sic ferè usu venit , uti , cuius ma-
 gnitudinem sibi evertendam statuit , hujus
 & consilia corrumpat prius . Cùm decen-
 nium in Gothlandiā exegisset , atque eam ,

ERICVS X.

Suecis graviter infestantibus , in Danorum
 potestatem tradidisset , in Pomeraniā
 trajiciens , duas naves , cum thesauro , re-
 giāque supellectile , more solito infelix ,
 dissipatā tempestate classe , amisit : ac Ri-
 voldiæ , totidem exactis annis , diem obiit:
 cùm vixisset annos septuaginta quatuor ,
 regnum quadraginta duos tenuisset , ac vi-
 ginti post hoc ipsum in exilio transegisset .
 Illud autē meritò in eo cuncti prædicave-
 rent ; quod , ad cultum animorum amplio-
 rem in hæc regna borealia inferendum ,
 Daniam , erectâ illic Academiâ , illustrare
 constituerit . ac fecisset , nisi fatum regni
 publicum , & privata item ejus , gravi bello
 implicati , infelicitas , adeò laudabile pro-
 positum intercepisset . Neque istud sine
 laude memorandum ; quod Historiam gen-
 tis Danicæ , quanquam breviter , inde à
 primo usque rege , ad millesimum ducen-
 tesimum octogesimum octavum annum ,
 contexuerit . ad quam porrò absolvendam
 non tam otium , ut nonnulli arbitrantur ,
 cùm viginti totos annos posteà privatus
 vixerit , quām , averso à Danis animo , quod
 à regno removissent , voluntatem defuisse ,
 rectè quis existimaverit . Habet verò , in
 exiguo quamvis Opere , multa passim , quæ
 nequicquam alibi quæras . Sed has laudes
 plurimum corruptit certè , cùm in Daniā ,
 Sueciâque , contra datam semel iterum-
 que fidem , arcium , ac munitionum , præ-
 fecturas peregrinis , qui superbè regnum
 utrunque divexabant , demandaret . quâ
 in re dum majestatem ipse suam subdito-
 rum privilegiis , in quæ jusjurandum dede-
 rat , multo potiorem habet , mox super-
 biam , ac perfidiam , clarè ulciscente Deo ,
 folio dejectus fuit .

C H R I S T O P H O R V S III .
 Exuto in hunc modum Erico , Christo-
 phorus iiii , dux Bavariæ , ejus ex sorore
 Sophiâ , quæ nonnullis Catharina dicitur ,
 nepos , regnum accepit . Erat verò ea So-
 phia Margaretæ , pridem reginæ , ex sorore
 Ingeburgâ proneptis . quippe Ingeburga
 illa , Henrico Megapolitano uxor data ,
 filiam enixa est Annam , quam Mariam alii
 nuncupatam tradunt . ea , Vratilao vi , Po-
 meraniæ duci , nupta , peperit Ericum x ,
 Daniæ regem , de quo dictum , & Sophiam ,
 seu Catharinam , Christophori matrem .

CHRISTOPHORVS III.

TAN-

cōcc Tanta enim apud regni Daniæ proceres *in sequenti convenirent; ac de rebus, ad utilitatem omnium pertinentibus, juxta leges uniuscūtem* cōcc reverentia regum erat, uti, stirpe masculâ deficiente, quanquam legere peregrinum quemvis possent, tamen fœminam maluerint, & ex fœminis prognatos, quād discedere à prosapiâ. Ita, mortuo Valdemaro, ac nepote ejus Olao, Margaretam, ipsius filiam, Olai matrem, elegerunt; inde Ericum, ex Ingeburgâ, filiâ majore natu, pronepotem: & nunc etiam Christophorum, ex eâdem abnepotem: ac mox Christianum i, itidem ejus abnepotem. cuius nunc prosapia, continuatâ diu serie, ad ducentos ferè annos, floret; ac florebit porrò, quoad PIETATEM colet, unam omnium REGNORVM FIRMAMENTVM validissimum. Itaque, cùm regnum Ericus ex antiquâ regum domo suam in familiam transferre vellet, & in eâ patruelem Boguslaum elegisset, meritò se proceres opposuere: & Christophorum, Valdemari, uti dixi, abnepotem, objecere. Is in Daniam dum ad capessendum regnum, jam oblatum, iter parat, magna piratarum clas- sis, sub Bartholemæo Voetio, è Vismariensi sinu oram solvens, impetum in Norvagi- am facit; ac, quanquam se Norvagis obji- cientibus, fortiterque repugnantibus, Bergam diripit, & ingentem prædam abdu- cit. At Christophorus cùm in Daniam ad- venisset, declarati à senatu hostes regni, quotquot aulam aliam, quād ipsi, aut fo- rum, frequentarent. itaque mox discesse- re, Bugislaus, Barnimus, Vitislaus, Vrati- slaus, patruelis, aut agnati, Erici regis; cui se fœse, in Gothlandiam profecti, conjun- xere. solus mansit Eversteinus; qui uxo- rem ibi duxerat, & Gripsholmiam in Sue- ciâ pignoratam possidebat, nec jam ultra peregrinus censemebatur. Hinc ad Suecos ablegantur, illud sedulò curaturi, uti sub antiquum faedus regna hac reducerentur; ac san- cita à reginâ Margaretâ unio renovaretur. qui cùm Enecopiam mox advenissent, etiam Sueci accessere; placuitque, ut in primis rata essent, quæ Calmariae à triennio, ipsis Martiis Kalendis, statuissent; praeter unum illud caput, quo Ericum, quoad viveret, regem agnoscendum atque constitutum porrò, ut legati è tribus regnis denuò Calmariam ad diem quar- tum & vicecum mensis Iunii anno proximè

insequenti convenirent; ac de rebus, ad utilitatem omnium pertinentibus, juxta leges uniuscūtem cōcc *XXXIX.*

jusque regni, quæ censerent expedire, constituerent. interim pax coleretur, & commercia, more dudum solito, exercerentur. Hæc Novembri ineunte postquam Enecopiæ acta, denuò in regem Ericum quædam regni senatores accusationum capita per Vandalicas civi- tates promulgârunt; quibus illi objecta bella, per tot annos cum Holsatis, ac Vandalicis civitatibus, summo cum dispendio continuata: quæ finire se penumero honestissimè potuisset, si consiliis senatorum salutaribus auscultare voluisset. monitumque ab iisdem, uti, post Philippæ mortem, alteram uxorem duceret, è familiâ regno dignâ, itidem id aspernatum, in amore in- honesto, magno cum opprobrio & suo, & regni, vitam agere maluisse. tum conatum etiam esse, antea conjuncta regna separare; ut, exortis hinc dissidiis, Bugisla, ad auxilium evocato, gra- dum ad hæc negotio minore strueret. quin seorsim, de senatus voluntate, monitum à Lundiensi archiepiscopo, uti principes peregrinos, quibus arces quasdam regni, insulasque, Lalandiam, ac Lalandiam, tum Fioniam, & Monam, contra juramentum suum, leges regni, fas, & æquum, item invitis senatoribus, commisisset, quâ beni- gnitate posset, abdicaret, atque regno omnes eas præfecturas restitueret; nisi mallet, justâ proce- rum offensâ, ipse postea destitui, & à regno re- moveri: tamen eam præfulis monitionem con- tempisse. insuper, cùm in comitiis, Vortingburgi celebratis, illud ageret, uti regnum, se defuncto, Bugisla traderetur; ac senatus fieri nequaquam posse id ostenderet, quod electionis illud, non hæ- reditatis, esset; ac, si foret, alium propinquiorem multo haberent, regio Danorum genere oriundum, quem non vellent preterire; admodum su- perbè sanè respondisse: nihil se minus tamen, et si vita cum periculo, Bugislaum successorem habiturum. ac mox etiam Fioniam, tresque ar- ces, vel senatu refragante, ejus fidei commisisse: tum Gothlandiam, regno in principum extero- rum potestate constituto, petuisse: ac nunc quo- que, sine ullâ ejus curâ, illic agere. præter ista, varie regnorum omnium sacrum ordinem dive- xasse; tum indictâ item causâ, & non raro inno- centes, in custodiam conjectisse: senatores quoque regni contumeliosè admodum habuisse: item è tum. atque constitutum porrò, ut legati è sacro ordine virum, qui, pontifici à manu, lite- tribus regnis denuò Calmariam ad diem quar- ras ipsi minus gratas attulisset, os sigillo illarum tum & vicecum mensis Iunii anno proximè plumbeo eum in modum verberasse, ut è naribus

ciccccccccxxxix. *cruor fluenter. ac, cum eum ad has ipsas exedendas cogere vellet, neque morem alter gereret, diu in arctissimo conclusum carcere tenuisse. denique prefectos quoque variis regni ditionibus posuisse, homines, superbos planè, & avaros, ideoque suis graves. tum pecuniam corrupisse; & comitia suo tempore, atque loco, celebrare neglexisse. diu etiam jus indigenis denegasse; & erepta insontibus bona ab injustis possessoribus per vim item possideri; cum non parvâ regni adeò universi, & eorum, quibus justi & aequi cura, studium que, contumeliâ, & opprobrio. Mox Christophorus, cum jam regnum accepisset, de consilio senatus, eos omnes, qui munitio-*

nies regni, five arces, ab Erico olim datas, possiderent, statim regni senatoribus, constitutâ in recusantes vitæ, famæ, ac bonorum omnium, poenâ, reddere jubet. tum seorsim harum literarum exemplum ad Corsoræ etiam præfectum mittit; admonetque, ut ipse, quique eam habitarent, quam Erico pridem obstrinxissent fidem, mox exuerent; & in verba senatorum jusjurandum die præstituto darent, ni pro regni hostibus censi vellent. Hinc Viburgi anno statim inse-

quente juramento se obstringit, homines omnes, cujuscunque demum ordinis, atque loci, sedulò se defensurum; & cum iis pacem regni, privilegia, jura, & immunitates, quas majores tradidissent, summo studio illibatas servaturum: neque proximis comitiis quicquam item omissurum, quod ad subditorum omnium publicam utilitatem pertinere videretur. Hæc peracta postquam essent, & comitia, quæ Calmariae celebranda, ut superiore anno Enecopiae constitutum, jam adessent, ac vix pauci accessissent, Carolusque, regno Sueciæ præfectus, eo cedere cunctaretur, in conventum pleniorum res dilata est. Itaque comitia non multo pòst Arbogæ habita; quibus nomine Danorum interfuerunt, archiepiscopus Lundiensis, Ioannes Laxmannus; & ex ordine equestri, Nicolaus Ronnavius: qui, Christophori virtutes, rege dignas, sedulò Suecis commendantes, summâ ope nitebantur, ut & ipsi hunc eligerent, & in unum foedus regna, sicuti sub Margaretâ, & Erico, ea fuerant, restituerent. quod facilius ut efficerent, tradunt juramenti exemplum, quo Viburgi regni Daniæ proceribus fidem suam obstrinxisset: ac promittunt, itidem factu-

rum ipsis. Carolus, cum in Christophorum animos cunctorum ferè propendere animadverteret, plurima de libertate novi regis eligendi, & potestate, præloquitus, mox exponit, quos labores pro utilitate regni publici sustinuisse, ac quād multum eris item alieni contraxisset, ex quo sibi rerum summam demandassent: tum enixè quoque orat, ut suorum meritorum rationem habere velint. nec displacevit justa oratio; ac decretum, ut Finlandiam, & Olandiam, veluti clientis jure possideret: ita tamen, ut Olandia, datis quadraginta millibus Stocholmensium felibrarum, regno restitueretur. addunt Dani, ratum etiam Christophorum hoc decretum habiturum; neque item permisurum, ut cum eo, ob quacunque antè acta, jure quisquam experiri, aut administrare haecenus reipublice rationes postulare, deinceps posuit. quin & ipsum cum eodem plura Halmstadii anno proximo coram acturum. Inter hæc Christophorus, cum regem eum Dani sibi elegissent, Adolpho Holsato dat ducatum Slesvicensem, ceu clienti, ritu in istis usitato: postulatque à senatu regni literas, quibus id ipsius jussu se fecisse testaretur. Ut autem ea, quæ Arbogæ pridem constituta erant, implerentur, petunt Sueci, ut Christophorus regnum mox ingrederetur; & comitia indicunt, quæ Calmariae, ad vice simum quartum diem mensis Iunii, habentur: illic regnum, dato in ejus privilegia juramento, tradituri. Antè tamen, quād in Sueciam iter caperet, cum tribuno equitum, Carolo, juxta pactum, Halmstadii colloquium benignè habet; ac Finlandiam, & Olandiam, quas senatus promisisset, ipse quoque ut traderentur, acquiescit: tum indulget, ne quis gesti ad id tempus magistratus rationem petere ab eo posset. Sed quo minus ad comitia, quæ indicta memoravi, die dicto ipse proficisciatur, motus Cimbrici vetuere. nam in Cimbria rustici mox concitati, ab Erico, uti vulgo credebatur, heris debitum negabant, vivere etiam regem suum, dominumque, jactitantes: apud quem, si quid deberent, exhibere nullo modo detrectarent. ac fuisse circiter viginti quinque milia commemorantur. & conserta cum his manus, die mensis Maji tertio, ad Agardiam: ceciditque Eschillus Brocius; quem, invisum ob saevitiam, rustici in frusta mox disse-

cōc dissecuere. è Christophori militiā, unus agitarent : neque eos pacem unquam, ni redirent cōc ad concordiam, habituros. Ne nil tamen age-
 ducum interfectus ; & duodecim è nobi-
 lium numero capti : qui mox capite lue-
 runt. verūm insolentiam ut coēceret rex
 Christophorus, arma sumpsit; ac cogres-
 sus, ad octavum diem Iunii, & superior,
 Henricum Tagonem, unum è senatu re-
 gni, sed addictum partibus Erici regis,
 Hellum, Herulphum, & Andream item,
 Holstios, vivos cepit, ac deinde rotæ im-
 posuit; uti sex cum iis alios. interficti è
 promiscuā multitudine mille circiter o-
 ctingenti : alii, sexcentos tradunt. cæteri,
 vix fugâ elapsi : aut, in gratiam recepti,
 pretio se redemere. collem quendam oc-
 cupaverant; curribusque circumpositis, se
 munierant, ut invadere equitatus nusquam
 posset. itaque nonnulli è nobilitate, suis
 inde evocatis, gratiam delicti ejus, si de-
 fistant, & abscedant, pollicentur. quam
 ob rem cùm plurimi digrederentur, &
 haud parum numerus minueretur, qui re-
 stabant, facto impetu, profligati. Ac tu-
 multu hoc represso, mox Christophorus,
 Carolusque, cùm Halmstadii convenis-
 sent, unā ambo ad comitia concessere. &
 acceptus honorifice hic Christophorus,
 Sueciæ rex ad Morostenium, usitato gen-
 tis more, salutatur. unde cùm Stochol-
 mum mox reversus esset, Christianus, re-
 gni satrapa, Carolum, tribunum equitum,
 ob injecta antè vincula, accusare statue-
 bat: & rex ipse, nimiā potentia ejus de-
 prehensâ, jam nonnihil etiam sibi formi-
 dare. verūm Carolus, Christianum elude-
 bat: & Christophorum, ne in eum quid
 tentaret, quæ pollicitus pridem erat, pro-
 hibebant. Dum in Sueciâ autem abest, ne
 quid Dania per tumultum rusticorum pa-
 teretur, promulgato Ludosiæ edicto, ad
 undecimum diem Iunii, ut ferociam præ-
 fectorum, quæ superioris motus causa fue-
 rat, coēceret, præcipit severè admodum;
 ne quid contra leges facerent, neve vim cuiquam
 ullam intentarent : populo mandat, uti sedulò
 pacem coleret : si qui gerere morem nollent, his
 in promptu pœnam fore. Inter ista è Gothlan-
 diâ rex Ericus & piraticam exercere, &
 in primis Suecos proximos infestare. ac
 Christophorus rogatus, ut compesceret
 insolentiam, excusavit, & respondit : fieri
 id agrè posse, dum dissidia ipsi Sueci intestina
 ad concordiam, habituros. Ne nil tamen age-
 re velle videretur, in Gothlandiam, de
 sententiâ senatorum, proficiscitur ; cum
 Erico de piratis coēcendis loquuturus.
 verūm, an in hoc colloquio de piratis co-
 hibendis aliquid sit constitutum, id incer-
 tum est. illud pluribus vulgatum ; conve-
 nisse, ut Ericus eā insulâ, positâ regnorum
 curâ, quoad viveret, frueretur. Inde post-
 quam discessisset, inter viam actâ in laten-
 tem quendam scopulum navi, ac confra-
 ctâ, rebus omnibus amissis, vix naufragium
 scaphâ evasit. Hinc contendens in Nor-
 vagiam, rex Anloæ à proceribus ejus re-
 gni salutatur. moxque in Daniam rever-
 sus, in principio ipso anni, Ripæ regno
 inauguratur, & coronâ ab antistite Lun-
 diensi insignitur ; operam præstantibus
 Germaniæ principibus aliquot. quippe gla-
 dium, dux gerebat Slevicensis; sceptrum,
 Silesius; pomum, Bavarus; & coronam,
 Brunsvicensis. pompa, ut in talibus, ma-
 gna ; & equestres ludi habiti : tum relati
 inter equites, è nobilitate variâ, viri septua-
 ginta duo. Hinc, converso animo ad re-
 gni curas, Hafniensibus, cæterisque item
 urbibus, jura sua, & leges, firmat; &, abo-
 litâ decimâ quintâ, ad id tempus solvi soli-
 tâ, decimam, quæ olim pendi consuevis-
 set, rursum instituit : utque, tribus ejus
 partibus ordinatis, una ecclesiæ, altera e-
 piscopo, tertia pastori ecclesiæ, solvere-
 tur. Actum quoque, ut Roschildiensis
 præful urbem Hafniam, quæ ad illum eo
 tempore pertinebat, regno traderet. Ber-
 gæ etiam Norvagiæ privilegia rata facit ;
 redditusque, regno debitos, ac jam dudum
 intermissos, quæque alia imperaturus dein-
 ceps esset, mercatores peregrinos solvere
 jubet. ibidem, ac Norvagiâ totâ, libera
 Amstelodamensibus in Hollandiâ, uti &
 Zirczeanis, Belgicam Zelandiam inhabi-
 tantibus, dat commercia. Hinc Visenaci,
 quod est oppidum ditionis Brandenburgi-
 cæ, conventum indicit; principesque plu-
 rimos Germaniæ benignè invitat : inter
 istos, Fredericum Brandenburgicum; Hen-
 ricum, Megapolitanum; Othonem, Gu-
 lielmum, & Henricum, Brunsvicenses ;
 Adolphum etiam Slevicensem, aliosque.
 sed Adolphus, princeps pacis studiosus,

cccc non comparet. Ipse quidem, non indutus admodum animi moderati exemplo. An-
 xlvi. veste regia, verum qualis est eorum, qui no proximo, in Lalandia, illis, qui, in jus
 religionis ergo peregrè proficiscuntur, se- vocati, sistere se neglexissent, poenam sta-
 se sifit. ac, quæ acta, clam fuere: verum tuit; tum & iis, qui alterius silvam cæde-
 vulgo ferebatur, de potentia urbium Han- rent. agit etiam de armentis; prohibetque,
 faticarum, quæ non pauca regno detri- ne quis capras, in alterius detrimentum, pastum
 menta dederant, coercendâ, agitatum mitteret: neve vulpes, aut quancunque demum
 tunc fuisse: & consiliis Christophorum, feram, rusticus quis venaretur. qui delinqueret,
 potius quam vi armorum, experiri anteà & venabulo, & venationis cetero instrumento,
 constituisse. Hinc intelligens, mercato- mulctaretur: tum tres etiam selibras penderet
 res peregrinos privilegia Bergensium, quæ soli domino, in quo deprehensus foret, ac tres alias
 majores concessissent, ac superiore anno item regi. agit etiam de hortis colonorum,
 ipse quoque, uti dixi, confirmasset, variè & viridariis, & agrorum sationibus: ac de-
 insuper habere, cum indigenarum damno, cernit, ne colonum, cui suum prædium esset,
 denuò statuit; ut commercia universi jux- prefectorum aliquis vel comprehendenderet, vel ab-
 ta antiqua regni jura, atque leges, exerce- duceret in custodiam: nisi postquam judex de re
 rent. Nec multo post Dorotheam uxor cognovisset, & sententiam protulisset. Hinc in
 rem ducit, Ioannis Brandenburgici filiam; Sueciam contendens, edito Stocholmi in
 cui dotem pater dixit, florenos Rhenenses hanc rem diplomate, decimosexto die
 tricies mille: quamvis nunquam persolu- Iulii, præfulem Osiliensem, & Osiliam u-
 tos. ipse, nuptiarum causâ, sponsæ addixit, niversam, uti sub antiquis regibus ea fue-
 in Daniâ quidem, Haralsburgum ad Ro- rat, suam in fidem, atque clientelam, ac-
 schildiam; tum Ringstadium, atque arcem cipit. Quibus actis, dum in Daniam rena-
 Schildeneßam: apud Suecos, Orebroum, vigat, iterum naufragium passus, & the-
 Nerican, & Vermelandiam: in Norvagiâ, fauro omni amissio, vix evadit. Atque ut
 Romerigam. nuptiæ Hafniæ celebratae, naufragio hunc annum tristem, ita & foro-
 celebri conventu principum: aderant- ris Annæ morte habet. quæ Dorotheam,
 que, præter Brandenburgicum, parentem ad maritum commeantem, comitata, dum
 sponsæ, Gulielmus Brunsvicensis, Ludovi- in gynæcœo ejus porrò hæret, diem obit:
 cus Hessus, Fridericus Bavarus, Balthazar & in æde sacrâ Soræ, juxta regum, ac re-
 Silesius, Ernestus Honstenius, aliique: tum ginarum, monumenta, sepelitur. Postea exorta
 legati urbium Vandalicarum; ac complu- quædam controversia, inter regem, & Hollandos, ac Zelandos, Frisios-
 res è proceribus regnum. Nuptiis autem que, quod conventa neglexissent. itaque
 celebratis, cum adeissent etiam tum regni detentæ & earum naves, edicto regis, ad
 proceres, privilegia, quæ Teutonibus in emporio Bergensi decessores indulsisserent, atque ipse vicesimum quintum diem mensis Iulii pro-
 nuper quoque confirmasset, rata se habere edic- mulgato. quam ob causam à Philippo quo-
 cit; ita tamen, ut antiquis Norvagorum privi- que Bono, Burgundiæ duce, comite Hol-
 legiis nussiam detraheretur: legibusque regni landiæ, Zelandiæque, missi ad rem com-
 ipsi, & indigenæ, pariter subjecti essent. tum ponendam, Samson Labanius Opperbo-
 Elburgo, aliisque Gelriæ ducatus urbibus, sius, Arnoldus Gentius Gafemburgius,
 jus piscandi apud Falsterboam, & Scan- Ioannes Heinæus, Ioannes Rosa, & Ger-
 niam, quod antiquius tenuissent, porrò hardus Nordovicius: rexque, qui cum iis
 firmat. cumque plurimos Germanos, qui agerent, ordinavit, archiepiscopum Lun-
 in Daniam abeuntem pridem comitati di- diensem, Ioannem Laxmannum, & Ben-
 fuerant, & in aulâ retineret, & ornaret dictum, antistitem Anderschoviensem, ex
 præfecturis, & id ægrè Dani ferrent, ac sacro ordine: ex equestri, Martinum Io-
 Erici abdicandi illam exstitisse causam di- nam, ac Stenonem item Bassium: atque illi
 citarent, cum dimittit à se omnes, quan- in hunc modum convenere: uti mercatores
 quam invitus, tum indigenis præfecturas qui, qui injuriâ se affectos aliquâ existima-
 mox committit: & ostendit, proprias se rent, intra proximum triennium suum jus perse-
 caritates regni legibus posthabere: claro querentur: ultra, actio nulla foret. ac Danis qui-
 dem

cccc dem, Suecis, Norvagis, si Hollandi fortè quic-
quam, aut Zelandi, commississent, in Hollandien-
si curiā, Hage Comitis, sīstere se tenerentur: si
quid Dani peccavissent, eos Hafniæ; si quid Sueci,
hos Stockholm; Norvagos autem, Anſloæ conveni-
re oportet. Post hæc, scripto publicato, ad
Novembri diem quintum & vicesimum, mercatoribus Hollandis, ac Zelandis, Fri-
ſisque, vetera commercia inviolata esse
voluit; tum ob merita in hæc regna borea-
lia, quibus ea anteā jam devinxissent, tum
& quibus devincire porrò possent. Qui-
bus hunc in modum actis, cùm Christo-
phorus Sueciæ proceres Ienecopiam con-
vocasset, & itineri ipse quoque se accin-
geret, jamque in Scaniam trajecisset, op-
primente Helsingburgi subitâ in valetudi-
ne, die sexto Ianuarii, vitâ excedit: prin-
ceps, uti multæ laudis, apud Danos; ita
culpæ, apud Suecos. Sed in Danicis archi-
vis, quorum fide vitam ejus, inter octo re-
gni annos rectè actam, exhibemus, nihil
adè, reprehensione dignum, invenimus.
Illud verò non injuriâ quis accuset, quod, ab nepotem, transtulere.

XLVIII.

CHRITOPHORVS III.

F I N I S.



